LIBRARY
BALTIMORE COLLEGE OF
DENTAL SURGERY

Digitized by the Internet Archive
in 2017 with funding from
University of Maryland, Baltimore, Health Sciences and Human Services Library

https://archive.org/details/unset07gale

Di Girollamo Raffaelli fisico Monterchiese costò cō gl'altri
Corpi de Galeni scudi dieci in Perugia, legati l'anno 1579
cioè ——————————— 70 ———



ANTONII
MVSAE BRASAVOLI
Medici Ferrarienſis.

INDEX REFERTISSIMVS
IN OMNES GALENI LIBROS.

Qui ex Iuntarum quinta editione extant.

Illuſtriß. & Excellentiß. Herculi II. *Ferrarienſium Duci.* IIII. *Dicatus.*

Galenus. Librorum

Hieronymi Raphaelli
Ex libris Trauid Viligiandi

VENETIIS, APVD IVNTAS.
M D LXXVII.

Sursum Tendimus.

Hieronymi Raphaelly Physici.

10354

Hist. Coll

AD ILLVSTRISSIMVM ATQVE EXCELLENTISSIMVM HERCVLEM ESTENSEM DVCEM FERRARIÆ IIII.

Antonius Muſa Braſauolus.

CVM Deus optimus maximus, Illuſtriſſime atque Excellentiſſime Princeps, eximias, innumeras, ac immenſas humano generi ſua innata ac inſita benignitate præſtiterit dotes: nullam tamen vel magis iucundam ſanitate præſtitit, qua nihil dulcius eſt, & magis optatum. Nam cum omnium rerum ſatietas hominibus contingat, integræ ſanitatis nunquam fit expletio, neque vllum fœlicem iudicauit Ariſtoteles, qui eadem ſanitate non frueretur. opes nimirum deſpiciuntur, theſauri, prædia, oppida, vrbes, niſi præſens ſanitas id efficiat, vt his homo frui poſſit. Illa enim abſente, omnia obſcura videntur, frigida, atque iniucunda, vt denique neque ipſa vita abſque ſanitate placere poſſit: quam & Dij expetunt, & de qua Ariphron Sicyonicus in quodam hymno in hunc modum cecinit.

O qua nec altera vetuſtior eſt cœlitum,
O vna cunctis expetita ſanitas,
Quodcunque reliquum eſt vitæ, tecum vtinam
Agam, & vna omnium contubernalis ſis mihi.
Quicunque enim fortunis fruitur, aut liberis,
Aut eſt aliter obnoxius voluptæ,
Te vna fauente cuncta habet propitia,
Afflant & illum charites & ſi media hyems
Rigeat, tamen ver illi floſculos parit.
Abſente te ſunt cuncta dura & aſpera,
Nec grata prorſus cætera eſt fœlicitas,
Quin eſſe planè deſinit fœlicitas.

Legitur inſuper apud Lucianum, Pyrrhum Epirotarum Regem, cum Dijs innumera ſpolia dicaſſet, innumeras aras erigi, & innumeras victimas ante aras mactari iuſſiſſet, nunquam ab illis aliud expoſtulaſſe, quàm ſanitatem: ratus vir ille præſtantiſſimus ac prudentiſſimus, omnia facilè adfutura, nihilque penitus illi deeſſe poſſe, qui integra ſanitate fruatur: nam ſanus homo, omnia, quæ cupit aſſequitur, modo vt illa aſſequatur impenſe ſtudeat. Si verò quiſpiam ſanitate deſtitutus ſit, laboribus haud parcit, vigilijs, inedijs, & ſquallidæ ſiti, amara bibit pharmaca, fœtida-

qúe tranſglutit catapotia, ſe incidi ſponte ſinit, ac inuri, dummodo amiſſam ſanitatem recuperet: quam & his omnibus adamuſſim perfectis plerunque non reſtauratꝰ. Ad hanc verò aſſequendam, aurum, argentum, & cętera bona profundit: maximamqúe arbitrantur eſſe virtutem mortales, ſanitatem nunquam amiſſam, aut denuo recuperatam tueri. Ob hoc ſummum bonum, quod Græci, ὑγίειαν Latini ſanitatem vocant, facultas quædam ab hominibus, immo à Dijs ipſis, inuenta eſt, qua facilè defendi poſſit præſens, & amiſſa recuperari. Hanc vero facultatem medicam artē appellant, quam nemo plenius, nemo elucubratius, nemo denique emunctius in lucem, ac publicum vſum promulgauit in ſuis de arte medica libris Galeno, è quibus ampliſſimum collegimus Indicem. Nunc verò eiuſcemodi Galeni libros tam caſtigatos, tam emunctos, tam pulchris characteribus ornatos, vir optimus Thomas Iunta in lucem prodire curauit, vt nunquam aliàs fuerint tam accuratè impreſſi libris nuper repertis, fragmentisq́; , ac argumentis adaucti, & pulcherrimis characteribus conformati: Et quod maximum affert his voluminibus momentum, eſt ſedula diligentia, qua in ipſis ordinandis ornatiſſimus ac illuſtris Ioannes Baptiſta Montanus vſus eſt, vir tali doctrina præditus, vt cum Galeno de æqualitate prorſus certare poſſitꝰ. Verum vt ampliori decore in publicum exirent, nobiliſſimus Iunta Excellentiſſimum Gabrielem Falopium me oratum miſit, vt prædictum Indicem (pro meipſo tantum, filijs ac amicis collectum) in publicam vtilitatem exire ſinerem. potuitqúe Excellentiſſimus ille medicæ rei candidatus: ſuis melliſluis verbis tam belle mihi perſuadere, vt illi Indicem publicandum non denegarem. Veruntamen priuſquàm per hominum ora illum vagari voluerim, quid acturus eſſem te conſului, Excellentiſſime Princeps. at ſtatim ſuaſiſti publicam vtilitatem priuatæ eſſe anteferendam: quod maturum & probè excogitatum conſilium adeo efficax fuit, vt Indicem ipſum illico in publicum exire permiſerimꝰ. cum tamen haud eſſem ignarus quantum hoc colligendi authorum ſententias munus ſecum afferat calumniæ, & difficultatis: calumniæ inquam, quia inglorius labor videtur Indices parare: difficultatis vero, quoniam difficile admodum eſt authorum ſententias exquiſitè abſolutèqúe colligereꝰ. neque enim ita colligere, vt nos fecimus vnicuique datum eſt, nec à quolibet fieri poſſe arbitramur: qui non ſolas Galeni ſententias ſemel adduximus, ſed illas omnes (vt conuenit, & res ipſa exigit) ad diuerſos alphabeti characteres retulimus: non paucaqúe annotauimus, quæ à Galeno explicatè ſcripta non ſunt, ſed ex authore ipſo colligi poſſunt: nihilqúe vel minimum, quod in Galeni libris ſcriptum ſit, à nobis prætermiſſum inuenies: & denique ſingularum materierum capita, ita per ordinem ſe ſequuntur, vt vnaquæque materia, & Galeni loca ad illam ſpectantia in ictu oculi intueri poſſint, tam in vna ſerie cuncta ſunt rectè diſpoſitaꝰ. In his autem materiebus ordinandis adiutorē elegi Excellentiſſimum Iacobum Antonium Bonum, iuuenem hac noſtra ætate in vtraque literatura, & præterea in naturali philoſophia, ac medica facultate nemini ſecundumꝰ. Cum denique tam pulchrè, tam ornatè, tam diligenter, tam denique accuratè Galeni libri ſint impreſſioni mandati, digni nobis viſi ſunt, vt noſtro etiam Indice decorarentur: non vt volumini ex Indice aliquid adderetur præſtantiæ, ſed vt diſcentibus facilitas præberetur, & vt ſaluberrimo, ac chriſtianiſſimo Excellentiæ tuæ conſilio ſatisfactum iretur: quod tam optimum, & tam ſanctum fuit, quàm ab illo herculeo, & integro animo prodijtꝰ. Cum igitur Index in publicum proditurus ſit illum Inuictiſſimæ Excellentiæ tuæ nuncupo ac deuoueo, vt tua illa ferrea claua fretus, per detrahentium ora abſque vllo timore vagari poſſitꝰ. Valeꝰ.

IACOBVS ANTONIVS BONVS
FERRARIENSIS MEDICVS
Medicinæ Studioſis S.

MIRVM *profectò eſt, & dictu difficile, quantum Deo optimo maximo genus humanum debeat, non modo q; ea omnia, quæ ab illius incredibili bonitate manarunt, in vnius gratiam condidit, eumq; tanti, tamq; admirandi operis ſpectatorẽ, & omniũ, neſcio quo pacto, finem conſtituit: ſed quòd rerũ omniũ ſimilitudinem, fluxum inquam, & ſtabile, corporeum et quod corporis expers eſt, quod ſub ſenſum cadat & ſenſu carens, mortale & immortale in eodem vno ita collocauit, vt vniuerſi differentias vniuerſas Dei ſui munere in ſe vnus contineat, et magnũ naturæ miraculum nõ iniuria appelletur. Ad hæc illud quoq; accedit, quod infinito propemodũ interuallo reliqua omnia antecellit, q; vnus ex omnibus animantibus immortalem animum, vnus rationem adeptus eſt: quam, artem ante oẽs artes appellare poſſumus: cuius auxilio, quæcũq; homini deeſſe videri poterant, ita copioſe ſuppeditantur, vt nihil amplius deſyderet, nihil illi ad fœlicitatem deeſſe poſſit: hac enim fretus non plantarum more, quæ radicibus veluti ore alimentũ à terra continenter trahunt, ventri ſeſe dedit, non voluptatibus veluti pecora in terrã prona, ſed ſeipſum ſuperans, atq; à mortalitate inter ea, quæ mori non poſſunt quodammodo tranſlatus ſupernis mentibus, Deoq; ipſi immortali conatur ſe, quoad eius fieri poteſt, ſimilem reddere. Quòd ſi homo non modo ratione rectè vtatur, ſed etiam orationẽ, & manũ in omni vitæ ratione ad aliorũ cõmodũ afferat: illa conſulendo, docendo, conſolando: hac vel agendo, vel ea conſcribendo, quę vel doctrina, vel experientia ſuggerit, quæ Dei cultũ, mores probatiſſimos, præclaras artes explicent: nõ ſolũ humani à ſe nihil alienũ putaſſe, ſed cũ totus ſit in hoĩbus iuuandis, quaſi Deus merito videri poterit. Quamobrem cũ à Deo diſceſſimus, cui vni primum ea omnia iure accepta referuntur: quę bene homines cogitant, incipiunt, perficiunt, ijs hominibus plurimũ debemus, qui dies ac noctes nihil aliud mente voluunt, quàm quo pacto vel agendo, vel ſpeculando, vel ſcribendo, ratione, oratione, manu ad cæterorũ mortalium cõmodum vtantur. etenim perrarũ eſt hoĩum genus. Neq; mirum id videri debet. nam ex aĩantibus omnibus nullum eſt tam varium, ac multiplex, atq; homo ipſe, vt planè verũ ſit verbum illud vetus, quot capita tot ſentẽtias in hoĩbus inueniri. Quãuis enim cõmunis ferè ſententia ſit præclariſſimorum philoſophorum, hoĩes hominum cauſa eſſe generatos: non nulli tamen ſunt, qui naturæ operũ contẽplationi dũtaxat ſe totos dedant, & in abditiſſimarum naturæ rerũ cognitione conquieſcant, curent præterea nihil: ſibi ipſis tantũ proximi, ſibi nati eſſe velint, à publicarũ, priuatarumq; rerũ tractatione abhorreant. At hoc hominũ genus illud magis in inuidiam trahit, q; hi quaſi alios ſcire ægrè, moleſtè q; ferant, quæ ab ipſis ſumma diligentia perquiſita, ſummis laboribus, longo rerũ vſu inuenta ſunt, nolunt cũ alijs cõmunicare, atq; ideo horum nomen, & ſcientia cum ipſis intereat neceſſe eſt. Hoc genus hominum tũ diuinus Plato Academiæ princeps; tũ eloquentiæ parens M. Cicero merito accuſat: quippe quod ſibi tantum vtile, alijs prorſus inutile ſit. Huic aliud eſt hoĩum genus pene proximum, qui paucos ſibi diſcipulos deligunt: ex quibus qui acerrimo præditi ingenio videntur, ſacroſanctæ philoſophiæ myſterijs initiantur: qui minus ingenio pollent, ad communia quædam nullius ferè precij admittuntur. Quocirca neque hi merita reprehenſione vacant: fit enim vt perpaucis, idq; perbreui admodum proſint. quòd ſi malo quodam fato in diſcipulos inciderint, qui præceptorem tanquam numen non ſuſpiciant, (vt Plato et Xenophon gratiſſimi fecere, quorum ſcripta diuiniſſima Socratis præceptoris*

ptoris doctrinam & mortem immortalem reddidere) nonne labores illorum omnes irriti sunt? Scientia abiecta? nomen extinctum? Aliud porrò præter hoc hominum genus videre est, quod alijs non sibi se viuere profitetur, vt amantes ij, quos se odio habere, alios amare poetæ dicunt, immo vero qui ita amant in seipsis mori, in alijs viuere dicuntur, si redamentur: quòd si vsu veniat vltro sese morti obijciunt quasi furiata mente, vt amanti satisfaciant, vt amantem defendant, sui prorsus curam negligunt. In ijs multi illud in primis admirantur ac laudant, quòd pro amicis, pro patria, pro aris & focis uitam intrepide profundunt. verum cum omnibus animãtibus sit à natura tributum, ut ea omnia declinent, quæ uidẽtur nocere posse, uitamq; indefesse tueantur, hæc propriæ salutis despicientia, & in seipsos crudelitatis facies multis insaniæ nota uacare non uidetur: sed quia est in alios pietas, non solum uenia, sed etiam laude digna censetur. itaq; honorifica ipsorum mentio per historicorum scripta ad posteros transit: & si hac ratione pericula non subierint, ut suum nomen immortalitati consecrarent, cuius non nulli contra ita auidi extiterunt, ut nihil illis potius fuerit, quàm nomen quacunq; ratione adipisci. His, quos hactenus memorauimus, adijcitur tertium genus hominum, qui & sibi, & alijs penitus sunt inutiles, eorum scilicet, qui in ocio degentes uitam omnem silentio transcunt: neque enim rerum cognitione animum excolentes sibi utilitatem pariunt, neque rebus agendis intenti cuiquam prosunt, immo vero tum sibi, tum alijs tandem obesse videri possunt. nam cum nimio ocio natiuus calor marcescat, vitales spiritus penè extinguantur, inualidi fiunt atq; imbecilles. quòd si corporis voluptatem captiui reddãtur, gula, venere, atq; omnis generis libidinibus pernicioſissimis totos dies consumant, quis nõ videt quàm breuis, ne dicam infœlix horum vita futura sit? alios verò qui fieri potest, vt non lædant, cum ocium & voluptas sint vitiorũ omnium semina? Nam exemplo suo haud dubie corrũpunt adolescentes, ac necesse est, vt ij quibus ocium primò, deinde vitium dominatur, dum omnes cupiditates suas quærunt explere, alijs molesti atq; iniurij sint. Sed veniamus tandem ad quartũ illud genus hominum, ac penè Deorum, huic ex diametro aduersum, quod tanquam rarissimum ab initio proposui, quod tum sibi, tum cæteris omnibus maximo est commodo atq; ornamento. hi sunt qui Deum imitati: qui semper operatur, aut magna negocia tractant, aut rerum optimarum scientias scribendo ad posteros transmittunt. Et vt negotiatorum, atq; omne id genus hominum, qui rebus agendis intenti sunt, necessitas atque vtilitas in aliud tempus differatur. Scriptores optimi primum assiduamentis exercitatione sibi mirum in modũ vtiles existunt: nanq; illã ad omnia intelligenda facultatem, quã sibi natura benigne concesſit, artium & scientiarum instrumẽto in opus deducunt. Itaq; nihil est in naturæ penetralibus tam abditum, quod ij intellectus sui lumine, qui diuini inaccessibilis splẽdoris portio quædam à sapientissimis iudicatur, non lustrent, atq; peruadãt quibus animæ habitibus tantum reliquis hominibus præstant, quantũ reliquis animantibus homines, immo fœlicitatẽ contemplatricem ab Aristotele in Ethicis descriptam, ac vera illa animi bona consequũtur, quæ neq; fortunæ instabilitati, neq; temporum vicissitudinibus subiecta sunt: postea verò quã ex hac vita migrarunt, suis lucubrationibus posteris omnibus magnã vtilitatẽ afferũt. Quàm vero vtile sit, atq; adeo necessarium homines res à seipsis inuentas literarum monumentis cõmendare, nemo est qui grato animo non fateatur, nemo qui scriptores pleno ore non laudet. Nam cum scire omnia singulis non liceat, vel propter intellectus imbecillitatẽ, vel propter rerum difficultatẽ, vel propter vitæ breuitatẽ, vel (quod magis crediderim) propterea quòd animi dotes diuisas esse Dij immortales voluerunt, operæpretium est commentaria relinquere, quibus eruditi à se cognita, atq; inuenta explicent, vt deinceps alij addere inuentis possint, quæ ipsi quoque inuenere. ita artes atque scientiæ per additionem perficiuntur, ita nomẽ eorũ qui bene vixere, & fœliciter scripsere, æternum euadit. Sed quia scriptorũ plæraque ita obscura sunt, vt oraculo Apollinis Pythij indigeãt: vel quia aliqui, licet belle omnes recessus difficillimarũ rerũ mentis acie penetrarint, tamẽ ita aridi & iciuni atque infantes sunt, vt quæ subtiliter inuenerunt satis explicare nõ possint: vel quia patria lingua, qua cõscribunt, ita fert: vel certe quia aliqui (quacunque id ratione fecerint) scripta sua dedita opera obscurarunt: nõ modo scriptores qui aptè, distinctè, & copiosè sententiam

rentiam ſuam exprimerent, deſiderari cœpti ſunt, ſed interpretum quoque opera neceſſaria fuit, qui obſcuras maximorum virorum vigilias ijs, qui minus acuta mente prædi ti ſunt aperirent, atque in apertum explicarent, quibus cum à Deo diſceſſimus, infinitum eſt, quantum debeamus. Jn eorum autẽ numero, qui dilucidè ſcripſere, quiq; à veteribus obſcurè ſcripta luce interpretationis clarareddidere, honeſtiſſimum ſibi locum meritò vindicat ANTONIVS MVSA BRASAVOLVS *Ferrarienſis, qui & ſibi, & alijs vtiliſſimum ſe præſtitit: ſibi quidem, quòd honeſta voluntate, & ſtudio incredibili, & honeſtiſſimos mores imbibit, & omnium ſcientiarum abdita penetrauit alijs autem, quòd liberos primum tum moribus, tum literis optimis inſtituit, eiſdem patrimonium honeſtiſſimè quæſitum, & præclaram gloriæ hæreditatem relicturus. quid quòd ingenuos nobiles q; ex tota Europa viros ita docet, ut ad honeſtarum diſciplinarum faſtigia facile ſubuehat? patriæ vero, tum priuatim eſt vtilis, dum ægros abſque perſonarum diſtinctione humaniſsimè inuiſit, curat, ſanat, ab inferis propemodum reuocat, tum publice, dum quæ à diuino Hippocrate breuiter, ac propterea obſcurè ſcripta ſunt in Ferrarienſi Academia, cui multos ab hinc annos meritò præfectus eſt, perſpicuè viua voce interpretatur. Poſtremo omnibus gentibus, dum tot volumina, tamq; diuerſi generis vtilia conſcripſit, atque edidit, vt mirum ſit, quo pacto vir ille diligentiſsimus, qui in ægrotis curandis aſsiduus eſt, tantumq; temporis lectionibus conſumit, tot tantaq; excogitare, ne dum ſcribere potuerit, præſertim cum quinquageſimum ætatis ſuæ annum plus minus attingat. Et ne quis ſibi fucum factum putet, En tibi ſtudioſe lector librorum à Muſa noſtro conſcriptorum fidiſsimum catalogum, quorum bona pars iam in lucem prodijt, reliqui mox ad commune commodum exibunt.*

Jam primum omnium cum Muſa planè perſpiceret, eorum culpa, qui doctos ſe haberi volunt, cum quiduis aliud potius ſint, factum eſſe, ut noſtri temporis philoſophi, de religione ac fide, ſine qua Deo placere non poſſumus, peſsimè audiant: Vitam IESV CHRISTI *ſeruatoris Jtalica lingua conſcripſit, in qua paraphraſtæ more quatuor diuini verbi Euangelicos ſcriptores obiter interpretatus eſt, vt hinc Deo auſpice hunc virum ad ſcribendum acceſsiſſe facile poſsis agnoſcere. Hoc verò argumentum ea lingua tractare inſtituit, vt familia eius vniuerſa æqualem ex heri, & patris ſcriptis vtilitatem perciperet, bene ac fideliter chriſtianam religionem indueret. Deinde cum certò ſciret eum qui mortem contemneret, alijs q; mortem contemnendam ſuaderet, haud vulgarem ex philoſophia fructum percepiſſe, maximaq; laude dignum eſſe, ad* ANNAM *Illuſtriſsimi ac ſapientiſsimi* HERCVLIS *Ateſtij Ferrarienſium Principis filiam, quę huius erat philoſophicæ ſententiæ, ut mortem, quæ terribilium omnium vltimum eſt, fortiter contemnere ſe profitetur, dialogum illum conſcripſit, cuius inſcriptio eſt, Quod mors nemini placeat. Deinde vt ſtilum exerceret (ita vt fit) Muricis encomium, quaſi ludum luſit, ne quod ocij à negocijs ſuffurabatur inutiliter cõtereret. Scripſit etiam de Cæna & Prandio, quod argumentum in inſtituenda victus ratione, tum ad ſanitatem tuendam, tum ad morbum depellendum non mediocriter conducit. Deinde quẽadmodum Hippocrates omniũ bonorũ in re medica author tẽpora anni, ac cœli ſtatus apud Thaſios diligenter obſeruauit, quæ obſeruatio non ſolum Thaſijs profuit, ſed Illiricos quoque à grauiſsima peſte liberauit, nobisq; etiam hoc tempore ad prędictiones vtiliſsima eſt, Ferrariẽſis aeris temperie accuratè obſeruata, libellum de hac materia feliciter ſcripſit. Deinde cum ad logicen, quã philoſophię inſtrumentum peripatetici appellant, in Ferrarienſi gymnaſio interpretandam animum appuliſſet, ad eam illuſtrandam ſe totum conuertit. Jtaque orationem ſcripſit de laudibus Dialecticæ, ſcripſit de Ordine librorum logicę: de Vnitate logicę: de ſuppoſitionibus ſecundum antiquos: Commentaria in Paulum Venetum: in Porphyrium phœnicem: porphyrij panoplia, in qua defenditur author ab his, qui ex profeſſo illum reprehendunt: Commentaria in Prædicamenta Ariſtotelis Stagyritę: Jn librum de Interpretatione: in Poſteriora Analitica: in libellum Antij Manlij Seuerini Boethi de diuiſionibus. Deinde cum ad philoſophię exponendę munus euectus eſſet, commentaria ſcripſit in librum Auerrois de Subſtantia orbis: in libros Phyſicorum Ariſtotelis: in libros de Anima. Deinde cum aliquot poſt annos medicinam publicè profiteretur, in Aphoriſmos*

Hippocratis

Hippocratis Coi commentaria edidit, quæ nunc ad incudem reuocauit. Scripſit etiam commentaria in Prognoſtica:in libros De ratione victus in morbis acutis: in libros Epidemiorum. Poſtremo cum animaduertere quantum detrimenti mortalibus omnibus afferret vetus ac peruulgata quędă medicorum penè omnium conſuetudo,qui quaſi inſigni medico indignum eſſet ſimplicia medicamẽta de facie noſcere,illa ſæpe tractare, à falſis vera,ab adulteratis integra exactè cognoſcere,totum hoc onus alioqui honorificum, & medico perneceſſarium in ſeplaſiarios & pharmacopolas homines ignaros literarum reiiciebant: tantam rei indignitatem ferre diu non potuit,ſed quia abſque exquiſita medicamentorum ſimplicium cognitione, neque medicinas componere, neque compoſitis rectè uti quiſquă poteſt, in animum induxit ſimplicia quęque et compoſita medicamenta, quorum apud Ferrarienſes publicus vſus eſt, diligenter inſpicere & examinare, atque eò redigere, vt ægroti vix iam amplius,aut lędi poſſint aut decipi:quod alijs quoque ciuitatibus non parum prodeſſe poſſe certum eſt; quamobrem librum ſcripſit de Simplicibus medicamentis, in quo vno multos errores primus correxit, multa ab alijs intacta primus edocuit. Poſtmodum de Syrupis egit, de Pillulis,de Medicamentis catharticis de Electuarijs, quę minime ſoluunt tam opiatis quam non opiatis.de Sief, id eſt collyrijs,de Suffuph, id eſt pulueribus. de Oleis,de Ceratis, de Vnguentis, de Emplaſtris, de Trochiſcis, de Loch, id eſt linctibus, vel eclegmatibus.de Aquis,de Infuſionibus, de Decoctionibus, de Proprijs medicamentis humores educentibus tam ſimplicibus, quam compoſitis, & de eorundem prębendorum modis ac doſi: Neque vero hic finẽ ſcribendi Muſam feciſſe exiſtimetis (medicinę ſtudioſi.) Nã indicem in omnes, qui extant Galeni libros refertiſſimum nunc vobis exhibet. Quo vtili atque honorifico labore vos non minus Muſæ, quã Galeno ipſi debere vltro (niſi fallor) fatebimini. Nam ſiue vobis ęgri curandi ſint, ſiue cum aliis de eorum vita ac morte diſceptandum, ſiue publice rem medicam profiteamini,ſeu de medica materia aliquid conſcribere in animo habeatis, ita copiosè, ita diſtinctè, ita ſuo ſingula vobis ordine ſeſe offerent, vt nihil ſit vobis prętera requirendum. Duobus igitur nominibus vobis tam gratus eſſe debet Index hic, quam qui gratiſſimus. tum quod nihil quicquam prętermiſſum eſt, quod adnotatu dignum in Indicem referendum eſſe videretur, ita vt nullus adhuc Galeni index copiosior exierit, tum (quod à nemine adhuc tentatum eſt) ita cuncta ſunt ſuo ordine collocata, vt vniuſcuiuſque dictionis commentariolum quoddam habere poſſitis. Quantam verò ex hoc ordine vtilitatem percepturi ſitis, tum ad ea, de quibus dubitatis celeriter inuenienda, tum ocyus memorię commendanda, vos eritis iudices. Enimuero quæcunque recto ſunt ordine diſpoſita admirabilia ſunt: nam, vt de ordine vniuerſi nihil dicam, qui omnes in ſui admirationem trahit, ſummique opificis ſapientiam oſtendit, ſine ordine nullę artes conſtituerentur, nullæ ſcientiæ. Quare Braſauolo ſcriptori optimo ingentes gratias agite, (medicinę ſtudioſi) illique vos multum debere ingenuè profiteamini, qui quaſi ad veſtrum commodum natus tantum vobis prodeſſe voluit, quantumque voluit, tantum profuit. Qui cum ratione, oratione, ac manu ad omnium hominum vtilitatem vſus fuerit, ſtatuam auream non minus meretur, quam Antonius ille Muſa Auguſti medicus magni nominis. Neque verò minus multis laudibus virum nobiliſſimum Thomam Iuntam proſequi omnes debetis, qui nulla ſumptuum magnitudine deterretur, quo minus vobis rem gratam facere perſeueret: nam acerrimi iudicij vir vtiliſſimos quoſque libros elegantibus typis quam emendatiſſime deſcribendos in dies curat, vt horum integritate & elegantia capti ad optimos authores legendos inuitemini, & à diurna, nocturnaque illorum lectione mirificos atque vberrimos fructus percipiatis. Valete.

ANTONII MVSAE BRASAVOLI
MEDICI FERRARIENSIS
IN OMNES GALENI LIBROS
REFERTISSIMVS INDEX

AARONIS *medicamentum vmbilico suspendẽdum in libro de incãtatione, adiuratione, & suspensione. Septima Classe. fol. 182. litera. C*

ABAPTISTAE *terebellæ quæ sint. 6°. met. med. 7ª. 42. C*

ABASCANTI Medici Lugdunensis antidotus. 2°. de antidotis. 5ª. 117. D

Abascanti colica medicamenta. 9°. de comp. me. se lo. 5ª. 202. A

Abascanti Cletij potio. 7°. de comp. med. se. lo. 5ª. 183. C

apud ABDERITAS multi fatui nati sunt. quod ani mor. 1ª. 321. H

Abderitanæ virginis casus. in 3ᵐ. de mor. vul. com. 3°. 3ª. 149. H

Abderitæ Heropyti casus. in 3ᵐ. de mor. vul. com. 3°. 3ª. 150. D

Abderitani Nicomedis casus. in 3ᵐ. de mor. vul. com. 3°. 3ª. 150. E

de ABDITIS *omnibus empirici dicunt se dubitare. 6°. de dec. Hip. & Plat. 1ª. 263. H*

Abditum nihil vtile reperitur fm Methodicos. de opt. sect. Is. 21. A

ABDOMEN ἐπιγάστριον *græci vocant. 3°. de san. tuen. 2ª. 77. B*

Abdomen vnde oriatur. introductio. Is. 53. D

Abdominis anatomen. 6°. meth. med. 7ª. 39. B/C

Abdominis musculi octo quales, & eorum exortus, ac finis. de musc. dissect. 1ª. 49. H/5°. de lo. aff. 4ª. 33. C

Abdominis musculorũ dissectio. 5°. ḍ ana. ad. 87. B/6°. 93. F/7°. 1ª. 87. H

Abdominis musculi statim incidant ãali mortuo. 6°. de an. ad. 1ª. 87. B

in Abdomine musculorum consideratio. 6°. de ana. ad. 1ª. 93. F

Abdominis musculorum vtilitas. de mus. diss. 1ª. 50. C

Abdominis octo musculi quid faciant, dum animal excernit. 6°. de ana. adm. 1ª. 93. H

Abdominis & thoracis musculi, necessarij sunt ad deiectionem. 3°. de symp. cau. 3ª. 27. D/6°. de loc. aff. 4ª. 38. F

Abdominis musculos si feriari patiamur, non excludentur excrementa ventris, & intestinorum. 2°. de san. tuen. 2ª. 77. B

Abdominis musculi fœtum expellunt. 3°. de nat. fac. 1ª. 303. B

in Abdomine musculorum exercitatio est spiritus cohibitio. 2°. de san. tuenda. 2ª. 75. C

Abdominis musculi leuiter contrahuntur in retentione spiritus. 3°. de san. tuenda. 2ª. 77.

Abdominis musculi cõducũt cõtractioni thoracis. de mus. dis. 1ª. 49. F

Abdominis, & artuum diuersitas in motu musculorum. 1°. de motu musculorum. 1ª. 309. F

Abdominis motus quomodo videatur. 1°. de mot. mus. 1ª. 309. H

Abdominis musculi a quibus venis nutriãtur. de ven. arte. dis. 1ª. 58. D

Abdominis musculis inflãmatis febris fit. 4° de præ. ex pul. 4ª. 121. D

in Abdomine vulnus in quo loco habet minus periculi. 6°. methodi medendi. 7ª. 39. B

in Abdominis vulnere quid agendum. 6°. meth. med. 7ª. 39. A

Abdominis vulnus paruum quomodo curandum, quando intestinum exierit. 6°. meth. med. 7ª. 39. D

in Abdomine vulnerati qualis esse debeat situs. 6°. met. me. 7ª. 39. D

in Abdominis vulneribus deligatio extrinseca necessaria est. 6°. met. medendi. 7ª. 39. G

in Abdominis vulnere qñ omẽti ps amputãda sit. 6°. met. me. 7ª. 40. B

in Abdomine vulnerato quæ pars iungenda. 6°. meth. med. 7ª. 39. G

in Abdomine vulnerato clysteres ex oleo puro. 6°. meth. me. 7ª. 39. G

Abdũis, seu vẽtris futuræ gastroraphiæ vocãtur. de mus. diss. 1°. 50. C

Abdominis suẽdi ratio species est cõpositionis chirurgiæ. intro. Is. 59. E

Abdominis sutura quæ. 6°. de ana. ad. 1ª. 90. H/6°. met. med. 7ª. 39. E

Abdomen pingue habentia corpora non rubescere ob cucurbitularum applicationem, collige. de cucur. scar. 6ª. 3. C

in Abdomen gracile habentibus videtur iecinoris tumor. 5°. de loc. affectis. 4ª. 33. E

Abdomine cyclamino illito venter subducit. 7°. de sim. me. fa. 5ª. 53. E

Abdominis membrana interior, peritonæum dicitur. commen. 6°. aphorismo. 58°. Ex. 53. F

Abdominis membrana, cerebri, medullæ dorsi, thoracis succinctorium eodem tempore fiunt. 1°. de semine. 1ª. 332. A

Abdominis membrana operiuntur arteria & vena testium. 1°. de semine. 1ª. 333. E/2°. 339. E

ad Abdominis membranam in herniæ curatione adstringendam laqueus. de laqueis. 7ª. 307. G

ABDVCTIO *quid sit. de iis, quæ in med. fi. com. 3°. 7ª. 219. G*

ABDVCENS *paruos digitos manus ab aliis musculus. de muscul. dissect. 1ª. 48. C*

Abducens paruum manus digitum longissime à reliquis musculus. de mus. dissectione. 1ª. 49. B

Abducẽs paruũ pedis digitũ extrorsum musculus. de mus. dis. 1ª. 52. E

Abducens magnum digitum pedis longissime ab indice musculus vbi oriatur, & finiat. de mus. diss. 1ª. 49. B

Abducens retrorsum magis femur, ad alterum femur leniter adducẽs musculus. de mus. diss. 1ª. 50. H

Abducens totum pedem retrorsum simul cum osse musculus. de musc. dissect. 1ª. 52. A

Abducẽtes retrorsũ simulq; extrorsum pedẽ musculi. ḍ mu. di. 1ª. 52. B

Abducentes extrinsecos pedis digitos longissime ab aliis musculi. de muscul. diss. 1ª. 52. H

ABHORRERE & appetere eandẽ rem: eadem gaudere & molesta ri non potest vnũ simplex & incompositũ. 5°. de decretis. 1ª. 259. E

ABIETIS semen quando pulcherrimum. 4°. de san. tuen. 2ª. 86. G

Abietis semen colligendi tempus. 4°. de san. tuen. 2ª. 86. G

ex Abietis semine acopum. 3°. de san. tuen. 2ª. 81. C

ex Abiete acopo vti debent qui humores in carne & toto corpore cõ gessere. 4°. de san. tuen. 2ª. 86. G

Abietinũ oleũ sine morsione p halitũ digerit. 4°. de san. tuen. 2ª. 86. H

Abietina resina qualis. 8°. de simpl. med. fac. 59. G/2°. de comp. med. per genera. 5ª. 219. F

Abietina resina ad quid vtilis sit. 4°. de san. tuen. 2ª. 87. C

qũo ABIICIANT *virus hirudines. de cucur. scar. 6ª. 4. C*

ABLATA vuula raucedinem facit. de ana. viu. Sp. 49. E

Ablationem sui indicantia. 3°. meth. med. 7ª. 16. D

de Ablatione sui indicat quod est præter naturã. 3°. met. me. 7ª. 18. B

de Ablatione sui indicat humor hydroceles & hydropis. 14. methodi medendi. 7ª. 90. G

Ablationem sui docet morbus. 11°. meth. me. 7ª. 68. E

ABLVENS *edulium quibus acutis conueniat. de vic. rat. in mor. ac. commen. 1°. 7ª. 111. G*

Ablutio capitis ad confortandum caput. secret. Sp. 98. A

Abluit sine morsu & extergit per clysteres serum. 10°. de simp. med. facul. 5ª. 73. G

Abluere aliquos prius quàm sanguinem detrahas, præstiterit, alios prius ob ambulare. præsa. exper. conf. Sp. 77. H

ABNVAT caput in posteriora, & annuat in priora qua de articulatione. de mus. diss. 1ª. 45. D

Abnuendo qui fit motus capitis, a quibus fiat musculis recte, & a quibus cum inclinatione ad latera. de mus. diss. 1ª. 45. G

Abnuendo obliquum caput mouent obliqui musculi totam ceruicem ocupantes, recti verò rectum id faciunt. de mus. diss. 1ª. 45. H

ABOMINABILI cibo, qui sapit, est digestibilior. de dis. cõ. Sp. 73. D

Abominabile est vinum nimis ponticum. de diss. cont. Sp. 73. B

Abominabilem saporẽ habentia tarde digeruntur. de diss. con. Sp. 73. D

Abominabilia & monstruosa vomunt melancholici. de melan. ex Gal. Ruf. & Poss. Sp. 109. C

p ABORTV ἀποφθορὰ. *i. deperditio est apud Hippocratem. in 6ᵐ. de morb. vul. com. 1°. 3ª. 152. G*

Abortus apud Atticos ἄμβλωσις. in 6^m. de mor. vul. c. 1°. 3^a. 152. G
Abortus quomodo apud Atticos & Hippocratem vocatur. in 6^m. de morb. vulg. com. 1°. 3^a. 152. G
Abortus fit propter multas causas. com. 7°. aph. 27°. Ex. 55. H
Abortus quibus causis fiat. in 3^m. de mor. vul. com. 2°. 3^a. 139. F
Abortum quæ faciant. 3°. de nat. fac. 1^a. 305. G
Abortus causæ, febris vehemens, alui fluxus, sanguinis fluxus, eryſi pelas uteri, ſaltus vehemens, vel clamor, vel triſtitia, vel ira, vel timor, victus parcus, ſeu alia paſſio ſimilis, mucor in acetabulis uteri. com. 5°. aph. 45°. 41. G/& aph. 53°. Ex. 42. D
Abort^o fit ſi p̄gnans habuerit alui profluuiū. cō. 5°. aph. 34°. Ex. 40. E
Abortus quando maxime fit mulieribus: & ſi non fiat, infantes ſunt debiles. com. 3°. aph. 12. Ex. 21. E
Abortiēs ſecūdo, tertio, aut quarto mēſe, p̄p quid. 6°. de lo. af. 4^a. 41. E
Abortus quo tempore fiat, & quot modis fiat. cō. 4°. aph. 1°. Ex. 27. A
Abortus fit ſi ſanguis mittatur ex vena, prægnanti. cō. 5°. aph. 31. Ex. 40. D/de ſper. Sp. 36. D
Abortus fit propter inediam. com. 5°. aph. 53.° Ex. 42. D
Abortum facit mulieri vtero gerenti, ſi tentio ſuperuenerit. comm. 7°. aph. 27°. Ex. 55. H
Abortū facit grauida ſi ſupgrediat amphisbenā. de the. ad Piſ 5^a. 93. G
Abortus cauſa moles nimia, pondus, morſus. 3°. de nat. fa. 1^a. 305. H
Abortus fit ſi mammæ prægnantis ſunt repente graciles. commen. 5°. aph. 37°. Ex. 40. H
Abortus etiam ob alias cauſas euenientes, quàm defectum alimenti, mammarum gracilitas præcedit, com. 5°. aph. 53°. Ex. 42. F
Abortum difficilem habent grauidæ febricitantes ſine occaſione manifeſta. com. 5°. aph. 55. Ex. 42. G
Abortit marem prægnās ex gemellis, ſi māma dextra gracilis fiat, ſi ſiniſtra, fœminam. com. 5°. aph. 38°. Ex. 41. A/de ana. viu. Sp. 51. F
Abortum facturis mammæ extenuantur, quæ ſi rurſus dureſcant, dolores fient mammarum, aut coxarum, aut oculorum, aut genuum, & non corrumpent. com. 5°. aph. 53°. Ex. 42. C
Abortiunt grauidæ tenues præter naturam prius quàm craſſeſcant. com. 5°. aph. 44°. Ex. 41. F
Abortiua medicamenta. in 6^m. de mor. vul. com. 1°. 3^a. 152. G
Abortum affert ſtachys. 8°. de ſimp. med. fac. 5^a. 61. C
Abortū facit decoctū florū leucoij, ſi bibatur. 7°. de ſim. me. fa. 5^a. 54. C
ad Abortum impellens cataplaſma. de med. fa. par. 7^a. 169. A
Abortus qui cauſa eſt, punitur legibus. an animal ſit. 1^a. 328. E
i Abortiētib^o cur maxime dolet ſinciput. i 6^m. ḋ mor. uul. c. 1°. 3^a. 153. D
in Abortu cur appareant caruncul æ. de anat. viu. Sp. 52 B
in Abortibus. xxx. dierum iecur longe maius corde & cerebro. de fœ. form. 1^a. 323. A
in Abortibus. xxx. dierum iecur, cor, cerebrum, iuxta ſe locata cernuntur. de fœt. form. 1^a. 323. A
ne Abortiat mulier, & fœtum cōtineat, quid agēdū. de dyn. Sp. 29. H
Abortus mulieris. in 3^m. de morb. vulg. com. 2°. 3^a. 139. B
ex Abortu caſus Oecetai. in 3^m. de mor. vul. com. 2°. 3^a. 139. E
Abortum an fecerit mulier vt cognoſcatur. de me. fac. par. 7^a. 168. H
ABRASIO nouacula fit vt capilli facile, & cito naſcantur. 1°. de comp. med. ſec. lo. 5^a. 123. E
ad Abraſa. 1°. de comp. med. per gen. 5^a. 215. E
ad Abraſos valens emplaſtrum. 2°. de comp. me. per gen. 5^a. 223. A
Abradit pumex. de ſimp. med. Sp. 88. H
ABRENGI *fit mentio ſecret. Sp. 103. B*
ABROTONVM *quid, & eius vires. de ſimp. med. Sp. 81. B*
Abrotoni duæ ſpecies, mas & fœmina. 6°. de ſimp. med. fa. 5°. 40. F
Abrotonum calidum medicamentum. 10°. de com. me. ſe. lo. 5^a. 207. C
Abrotonum calidū & ſiccū in tertio ordine. 6°. de ſim. me. fa. 5^a. 40. C
Abrotonum digerit & incidit. 6°. de ſimp. med. fa. 5^a. 40. D
Abrotonon, & ſantonicum differunt. 6°. de ſimp. med. fa. 5^a. 40. F
Abrotonum thebaicum. 11°. de comp. med. ſe. lo. 5^a. 208. B
Abrotono minus eſt tenuiū partiū abſinthiū. 6°. de ſim. me. f. 5^a. 40. G
Abrotono minus extenuat abſinthium. 6°. de ſimp. me. fa. 5^a. 40. G
Abrotono non minus exiccat abſinthium. 6°. de ſimp. med. fa. 5^a. 40. G
Abrotonon valde amarum. 6°. de ſimp. med. fa. 5^a. 40. C
Abrotonon coctum in aqua deponit qualitatem. 3°. de ali. fac. 2^a. 32. A
Abrotonū pauciſſimæ acerbitatis particeps. 6°. de ſim. me. f. 5^a. 40. D
Abrotoni coma contuſa poſita ſupra vlcus, mordax videtur. 6° de ſim. med. fac. 5^a. 40. C
Abrotonum inimicum ſtomacho. 6°. de ſimp. me. fa. 5^a. 40. D/G
Abrotoni flores contuſi poſiti ſupra vlcus mordaces videntur. 6°. de ſimp. med. fa. 5^a. 40. C
Abrotoni palea p̄ter comā cū florib^o inutilis ē. 6°. de ſim. me. f. 5^a. 40. C
Abrotonum in cibo ſumptum meatus purgat. 5°. de ſim. me. fa. 5^a. 35. C
Abrotonum purgat indigeſtibiles cibos & lumbricos rotundos. Spu. de cathar. 95. C/de ſim. me. 81. B/6°. de ſimp. me fac. 5^a. 40. D
Abrotonon ex oxymelite in peripneumonia. de uic. rat. in morb. acut. com. 4°. 7^a. 144. C
Abrotonon tritum & coctum cum farina hordeacea digerit phymata. 6°. de ſimp. med. fac. 5^a. 40. D
Abrotonum vſtum magis exiccat quàm cucurbita ſicca vſta, & anethi radix. 6°. de ſimp. med. fac. 5^a. 40. H
Abrotonum rigores mitigat. 6°. de ſimp. med. fa. 5^a. 40. C
Abrotono cum malo cydonio cocto aut pane, ſanantur phlegmonæ oculorum. 6°. de ſimp. med. fa. 5^a. 40. D
Abrotonon quo modo ad alopecias faciat. 6°. de ſimp. me. fa. 5^a. 40. H
Abrotono quomodo procuretur barba. 6°. de ſimp. me. fa. 5^a. 40. H
ABRVPTIO *quid ſit. de iis, quæ in me. fi. com. 3°. 7^a. 219. G*
ABSCEDERE *quæ intelligant. de iis, quæ in me. fi. com. 2°. 7^a. 211. H*
ABSCEDENTIA *quæ. de iis, quæ in me. fi. com. 2°. 7^a. 213. B*
ABSCESSIO *quid ſignificet. de iis, quæ in me. fi. com. 2°. 7^a. 212. D*
ABSCESSVS *qui vocatur. 2°. de arte cur. ad Glau. 7^a. 105. B/in 6^m. de mor. vulg. com. 3°. 3^a. 178. E*
Abſceſſum non ſignificare, vel ſub ſe comprehendere inflammationem elice de palp. 3^a. 55. B
Abſceſſus quid. fi. med. If. 49. A/de tumor. præter nat. 3^a. 83. C
Abſceſſus eſt morbus inſtrumentalis. 1°. de ſym. cau. 14. G/3°. 3^a 24. G
Abſceſſus morbi cauſa, non morbus eſt. 1°. meth. med. 7^a. 7. D
Abſceſſus quot modis fiat ſecundùm Hipp. in 1^m. de mor. vul. com. 2°. 109. B/1°. de ſymp. cau. 3^a. 14. G
Abſceſſus qñ fiāt, & quid ſignificēt in 1^m. de mor. vul. c. 2°. 3^a. 111. C
Abſceſſuum differentia. in 1^m. de mor. vul. com. 2°. 3^a. 112. A
Abſceſſus duplex. 14°. meth. med. 7^a. 90. D/in 3^m. de morb. vulg. com men. 1°. 3^a. 127. G
Abſceſſus & ſinus differentia. de iis, quæ in me. fi. com. 2°. 7^a. 212. A
Abſceſſuum tria genera. 14° meth. med. 7^a. 90. E
Abſceſſus, quancunq; corporis partem infeſtare poteſt. intr. If. 59. D
p Abſceſſu intelligitur decubitus. in 6^m. de mor. uul. cō. 3°. 3^a. 178. F
Abſceſſus per decubitum maximi fiunt in longis morbis. in 1^m. de mor. vul. com. 2°. 3^a. 111. E
Abſceſſus per effluxionem. in 1^m. de morb. vul. com. 2°. 3^a. 111. F
Abſceſſus incidunt ibi, vbi laborauerint, qui ex morbis conualeſcunt com. 4°. aph. 32°. Ex. 30. H
Abſceſſus in contactu quid. ſini. med. If. 49. B
Abſceſſus vt fiſtulæ. in 6^m. de mor. vul. com. 3°. 3^a. 178. E
Abſceſſuū diuerſitas, & q̄ boni, q̄ mali. in. 1^m. de mor. uul. c. 3°. 3^a. 118. B
Abſceſſus qui boni. com. 2°. in. 1^m. prorrh. 4^a. 187. H
in Abſceſſus malos deflectunt cruda, & inconcocta. in. 1^m. de morb. vul. com. 2°. 3^a. 116. B
ad Abſceſſus malos cruda conuerſa ſignificāt iudicationis carētiā, labores, tpa, mortes, uel eorūdē malorū reddit^o. c. 4°. aph. 22°. Ex. 29. G
Abſceſſus nullus bonus ante coctionē. in. 3^m. de mor. vul. cō. 1°. 131. F/de inæq. intemp. 3^a. 43. F
Abſceſſus in ſuperioribus partibus ſunt difficiliores. in. 6^m. de morb. vul. com. 2°. 3^a. 162. H
Abſceſſus aurium, vel articulorum, ſi fiant in die iudicatorio, vel incipiant, bonum, & notantur qui ſint iſti dies in quibus fieri debent, & in quibus non. com. 4°. aph. 36°. Ex. 31. G
Abſceſſus poſt aures, ſignificatur à colore faciei. in. 1^m. prorrh. com. 2°. 4^a. 171. A/in. 6^m. de mor. vul. com. 2°. 3^a. 163. G
Abſceſſus poſt aures qñ fiat. cō. 2°. in p̄g. 201. C/3°. de criſi. 4^a. 144. B
p Abſceſſus poſt aures cauſus ſanatus. de vict. rat. in mor. acut. commen. 4°. 7^a. 135. E
Abſceſſus cerebri qui bonus, & qui malus. de inæq. intemp. 3^a. 43. F
Abſceſſus affectus albi oculorum. introductio. If. 58. D
Abſceſſus, oris affectus. introd. If. 59. C
Abſceſſus in gula incoctus qūo eē deprehēdatur. 5°. de loc. af. 4^a. 32. D
ex Abſceſſu gulæ obiere multi. 5°. de loc. aff. 4^a. 32. D
de Abſceſſu in gula caſus. 5°. de lo. aff. 4^a. 32. D
Abſceſſus in clauiculis eſt morbus longus intrinſecus. fin. med. If. 56. B
Abſceſſum ſuſtinere cor, pulmonem, & ligamenta dolorem impoſſibile eſt. 1°. de loc. aff. 4^a. 6. C

Abſceſſus in pulmone eſt paſſio diuturna.com.4°.aph.34°. Ex.31.D
Abſceſſus ex pulmonia quomodo erupturi cognoſcantur. in prognoſt. commen.2°. 4ª.205.A
Abſceſſus in pulmonia qñ bonus & qñ malus.in prog.cõ.2°.4ª.205.D
in Abſceſſu in pulmone & thorace, magna fit thoracis dilatatio, ſed non multus trahitur ſpiritus. 4°.de loc.aff. 4ª.27.A
Abſceſſus qui ex pulmonia infeſtant, quandoque ad aures, quandoque deorſum eunt.in progn.com.2°. 4ª.205.A/D
Abſceſſus in medio latere eſt morbus lõgus intrinſecus.intro. Iſ.56.B
Abſceſſus circa coſtas boni,& mali.de inæq.intem. 3ª.43.F
Abſceſſum ad ſepti tranſuerſi regiones infernas expectare debent, quibus vrinæ tenues, & crudæ minguntur diuturnæ, ſi alia ſigna tanquam euaſuris adfuerint,de vri.ſign.ex Hip. Sp.78.G
Abſceſſus ventriculi qui bonus.de inæq.intem. 3ª.43.F
Abſceſſus ventriculi qui malus.de inæq.tem. 3°.43.F
Abſceſſus ex ſuperioribus ad inferiores vmbilico partes ſalubres ſunt.in 6ᵐ.de morb.vul.com.1°. 3ª.157.H
Abſceſſus renum quo modo cognoſcãtur.6°.de loc.aff.4ª.37.D/com. 7.apho.36°. Ex.56.G
Abſceſſus in vtero quando fiat.ſi.med. Iſ.48.A/50.A
Abſceſſus in vtero nõ iuuatur ſternutatione.cõ.5°.aph.35°. Ex.40.F
Abſceſſus in veſica,cauſa eſt ſtillicidij vrinæ.cõ.3°.aph.16°.Ex.23.D
Abſceſſus in teſtes quandoque incidunt tuſſientibus ſine dolore coſtarum.in 6ᵐ.de morb.vulg.com.2°. 3ª.162.H
Abſceſſuũ gñatiões pritãt cibi dulces,& craſſi.de bo.& vi.ſu.2ª.36.E
Abſceſſus poteſt facere anguſtationem partium,adeo vt nihil poſſit ad eas tranſire.com.6°.aph.44°. Ex.51.C
Abſceſſus quomodo cognoſcantur ſuperius vel inferius erupturi. in progno.com.2°. 4ª.205.C
per Abſceſſum futura criſis quomodo cognoſcatur. 3°.de criſi.144. G/4°.de præſag.ex pul. 4ª.122.E
Abſceſſum futurum ſignificat rubedo faciei in longo morbo. in 6ᵐ. de morb.vulg.com.2°. 3ª.163.G
Abſceſſus quando ab vrinis prædicantur.de vri.ſig. Sp.78.H
Abſceſſus vnguium.8°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.188.G
Abſceſſu futuro ad articulos liberãt vrina multa craſſa facta vel fluxu ſanguinis nariũ.cõ.4°.aph.74°.Ex.35.H/i.pg.cõ.2°.4ª.201.E
Abſceſſum futurum in coxualituris ſignificat vrina tenuis cruda.com. 2°.in progno. 4ª.201.C
Abſceſſibus putredinoſis iudicabantur ægrotantes ob malos cibos. de bo.& vit.ſuc. 2ª.33.H
Abſceſſus i ſanguinis profluuiũ in 1ᵐ.de morb.vul.com.2°.3ª.104.D
Abſceſſum,aut profluuium ſanguinis narium qui capitis dolor ſignificet.in prog.com.3°. 4ª.208 F
Abſceſſum ſequuntur labores,& dolores.com.4°.aph.44°.Ex.32.G/ 4°.de loc.aff. 4ª.77.D
Abſceſſus faciunt viſcerum dolores.com.4°.aph.66°. Ex.34.E
Abſceſſus in febribus qui non ſoluunt ad primas iudicationes, longitudinem morbi ſignificant. com.4°.aph.51°. Ex.35.C
Abſceſſus in febribus quando expectandus ad articulos. in prog. com. 3°.4ª.209.F/in 6ᵐ.de mor.vul.com.2°.163.D/com.4°.3ª.179.E
Abſceſſus articulorum fieri in laborantibus, qui propter motum habuerint calidos articulos,non mirum.com.4°.aph.31°. Ex.30.G
Abſceſſus in articulis cur faciat clauditatẽ.in progn.cõ.2°.4ª.205.D
Abſceſſus articulorum,aut maxillarum fiunt laſſitudinem habentibus in febribus.com.4°.aph.31°. Ex.30.G
in Abſceſſu arteriæ pulſus ſentitur cum dolore.2°.de lo.aff. 4ª.8.G
Abſceſſum in profundis abdominis muſculis habentis, Steſiani caſus. 5°.de loc.aff. 4ª.34.B
Abſceſſus poteſt fieri in oſſibus.com.7°.aph.54°. Ex.58.G
Abſceſſus oſſis à corruptione.com.7°.aph.73°. Ex.60.G
Abſceſſus nõ fiũt p morbos bilioſos,ſed p lõgos.i.pgn.cõ.2°.4ª.205.A
Abſceſſum,vel excretiones euidenter requirunt morbi ſubitæ ſolutionis.1°.de die.decre. 4ª.147.B
p Abſceſſum finiũt morbi craſſarũ materierũ.in pgn.cõ.2°. 4ª.201.C
p Abſceſſum iudicantur longi morbi.in prog.com.2°.4ª.205.B/com. 4°.aph.36°.Ex.31.H/de vic.rat.in morb.acu.com.4°. 7ª.140.F
per Abſceſſum aut per coctionem ſoluuntur humores crudi & craſſi. in progno.com.3°. 4ª.209.G
p Abſceſſum euacuãtur frigidi humores.in progn.com.3°. 4ª.210.E
Abſceſſ' qñ fiat i cõtinua,q i quartanã diſcedat.i pg.cõ.3°.4ª.210.A
Abſceſſus in quartanam.in 1ᵐ.de morb.vul.com.2°. 3ª.110.A
ob Abſceſſum in morbis ſtultitia,& obliuio.2°.de ſym.cau. 3ª.24.B
Abſceſſus hieme potius accidunt, tardius deſinunt, minus retrocedunt.in progn.com.3°. 4ª.210.D
Abſceſſus ſecũdũ humores & vires qñ fiunt.in prog.cõ.3°. 4ª.209.H
Abſceſſus in quibus ætatibus magis fiant.in progn.com.3°. 4ª.209.G
Abſceſſus cito fiũt in febrib⁹ laſſitudinariis.cõ.4°.aph.74°.Ex.36.A
p Abſceſſ⁹ iudicari ſolẽt febres molliores.1°.de ar.cu.ad Gl.7ª.100.C
Abſceſſus raro fiunt in febribus cum rigore. in 6ᵐ.de morb.vulg. commen.1°. 3ª.157.A
an Abſceſſu facto ex inferioribus in ſuperiora rectitudo membri ſemper vtiliter ſeruetur, ex ſuperioribus autem in inferiora, corrumpatur.in 6ᵐ.de morb.vulg.com.2°. 3ª.162.F
in Abſceſſibus an ſemper ſitus rectitudo ſeruetur.in 6ᵐ.de mor.vul. commen.2°. 3ª.162.G
Abſceſſus corporum arteriis circunfuſorum quos pulſus faciant.2°. de cau.pul. 4ª.91.F
Abſceſſus in veſica facit vrinæ difficultatem cum dolore.commen.4°. apho.48°. Ex.58.A
in Abſceſſum dũ inflãmatio vertitur, quid ſequatur.de palp.3ª.55.B
Abſceſſus euaneſcẽs facit periculum vitæ.in prog.com.2°. 4ª.205.D
Abſceſſus craſſitudo quanta fuerit,tanta erit cauitas vlceris.com.6°. apho.45°. Ex.51.G
Abſceſſus quorum aut pars capax non eſt,aut ſi ſit,non ferat.in 3ᵐ.de morb.vul.com.3°. 3ª.149 F
in Abſceſſibus qui ad maturitatem perduci queunt, non eſt inutile vt nihil eius qui adhuc ſuppurat humoris excernatur, & cur.de iis, quæ in med.ſi.com.2°. 7ª.212.G
ex Abſceſſu diſrupto quandoque defluit pus bene expurgans partes. commen.4°.aph.47°. Ex.33.A
ex Abſceſſuum ruptura animi defectus quo modo curandus.1°.de arte cur.ad Glau. 7ª.99.F
Abſceſſum diſtentum cum dolore pulſantem quando aperimus,& pus emittimus,non eſt curatio ſymptomatis.12°.meth.med. 7ª.74.G
Abſceſſibus & vlceribus ſuppurantibus,rigor fit.in 6ᵐ.de morb.vul. commen.3°. 3ª.174.D
in Abſceſſus ſectione cum totum pus exit, animi defectus fit. 1ª.de ar.cur.ad Glauc. 7ª.98.H
in Abſceſſibus quæ inueniantur.de tum.præt.nat.83.G/de diff.morb. 3ª.4.F/2°.de ar.cur.ad Glau.105.B/14°.meth.med. 7ª.92.D
Abſceſſuum a ſinuum curatione diuerſa curatio eſt.de iis,quæ in med. ſi.commen.2°. 7ª.212.H
in Abſceſſib⁹ ſcopus curationis.de iis,quæ in med.ſi.cõ.2°.7ª.211.C
Abſceſſus ſimplici ſectione ſecantur.introductio. Iſ.59.E
Abſceſſus debent cito incidi.de ther.ad Piſ. 5ª.90.D
Abſceſſus qui his in die curandi.de rem.par.fac. 7ª.155.E
in Abſceſſibus quidam vtuntur menta.6°.de ſimp.med.fa. 5ª.48.B
Abſceſſus ſanat menta cum polenta.3°.de me.fa.par. 7ª.174.G
pp Abſceſſum qui ſuppurantur illis elleborus non dandus. de vic. rat.in morb.acut.com.4°. 7ª.144.G
Abſceſſus prohibens.5°.de comp.med.per gen. 5ª.249.A
Abſceſſum patientibus dari non debere vinum.8°.de comp.medi.ſecundum locos. 5ª.194.G
in Abſceſſibus non eſt multum calfaciendum,& exiccandum.6°.de ſimp.med.fa. 5ª.48.B
ad Abſceſſus.7°.de cõp.me.ſe.lo.182.F/1°.de cõp.me.per ge.217. A/3°.234.H/5°.246.H/247.F/6°.258.C/267.F/7°. 5ª.266.G
Abſceſſuum in ſuperficie curatio.2°.de ar.cur.ad Glau. 7ª.105.B
Abſceſſus ſuperficiarij facile ſanantur.2°.de ar.cu.ad Glau.7ª.105.B
ad Abſceſſus particulares.6°.de cõp.me.per gen.261.G/5ª.262.A
de Abſceſſibus iuxta aures.de remed.par.fac. 7ª.155.D
Abſceſſus poſt aures diſcutit cicerum genus orobicum appellatum.6°. de ſimp.med.fa. 5ª.47.E
ad Abſceſſus occultos.7°.de comp.med.ſec.lo. 5ª.185.G
ad Abſceſſus latentes in collo & peritonæo prohibendos.6°.de comp. med.per gen. 5ª.256.D
ad Abſceſſus in mammis & alis.5°.de comp.me.per gen. 5ª.246.E
ad Abſceſſus mammarum.6°.de comp.med.per gen. 5ª.262.B
ad Abſceſſus in ſpacio coſtali curatio.introd. Iſag.59.H
ad Abſceſſus præcordiorum.6°.de comp.med.per gen. 5ª.262.F
ad Abſceſſus in viſceribus medicamenta.14°.meth.med. 7ª.99.F
Abſceſſus in viſceribus indigent medicamentis ex aromatibus.14°. metho.medendi. 7ª.90.E

ad Abscessus squamarũ quid faciat. 5°. de cõp. med. per gen. 5ª. 248. E
ad Abscessus interiores sine dolore discutiendos. 2°. de comp. me. per genera. 5ª. 222. F
Abscessus in profundo quibus curentur. 7°. de comp. me. secun. locos. 5ª. 265. B
186. D. 7°. de comp. med. per gen.
Abscessus in profundo absorbẽs malag. 9°. de cõp. me. se. lo. 5ª. 200. C
ad Abscessus in alto corporis obortos. 7°. de cõ. me. per ge. 5ª. 265. B
Abscessus furẽtes mitigãs Cyzicenũ. 5°. de cõp. me. per gen. 5ª. 250. B
Abscessus iternos discũpit thlaspi semẽ potũ. 6°. de sim. me. f. 5ª. 48. D
Abscessus iternos pbe repurgãs catapotiũ. 7°. de cõ. me. se. l. 5ª. 183. G/H
Abscessus digerit adiantum. 6°. de simp. med. fa. 5ª. 41. E
Abscessus concoquit sanguis vrsorum. 10°. de simp. med. fa. 5ª. 73. D
Abscessum rumpens pharmacum. 3°. de comp. med. se. lo. 5ª. 146. F
ad Abscessus humore ablato. 2°. de comp. med. per gen. 5ª. 227. E
Abscessus locum celerius diuidit emplastrum quam scalpellum. de theriaca ad Pis. 5ª. 90. D
ad Abscessus quibus cõueniãt aromata. 6°. de cõ. me. se. lo. 5ª. 186. G
Abscessus vide etiam apostema.
ABSCINDERE partem affectam totam circunciſam vndique ad incolumẽm vsque non est curare. de atra bile. 1ª. 35. F
Abscisso neruo non mouebitur musculus. de vo. & anhel. Sp. 60. F
Abscisa spinali medulla apud tertium spondylum quid sequatur de vo. & anhel. Sp. 62. A
Abscißis omnibus prodest cinis impositus. de simp. me. Sp. 86. A
ABSINTHIVM & marrubiũ fere non differũt. de op. sect. Isag. 23. H
Absinthium quid, & eius vires. de simp. med. Sp. 80. C
Absinthij tres spẽs, põticũ, sãtonicũ, seriphiũ. 6°. & sim. m. f. 5ª. 40. F/G
Absinthio specie simile est seriphum. 8°. de simp. med. fa. 5ª. 60. C
Absinthium seriphum stomacho inimicum. 6°. de sim. me. fa. 5ª. 40. G
Absinthij pontici descriptio. 11°. meth. med. 7ª. 72. F
Absinthij pontici fit mentio. 10°. de comp. me. se. lo. 5ª. 208. H
Absinthium ponticum quale. 11°. meth. med. 7ª. 72. F
Absinthium ponticum redolet, vt aroma. 11°. meth. med. 7ª. 72. F
Absinthium ponticum purgat vesicam. de cathar. Sp. 95. D
Absinthium ponticum valet ad inflammationes iecoris, & vẽtriculi. 11°. meth. med. 7ª. 72. F
Absinthiũ quale. 6°. de sim. me. fa. 44. D/8°. de cõp. me. f. lo. 5ª. 190. B
Absinthiũ calidũ ẽ i prio ordie, siccũ i tertio. 6ª. de sim. me. f. 5ª. 44. D
Absinthij vis qualis sit. 6°. de san. tuen. 2ª. 99. A
Absinthium habet duplicem facultatem. 11°. meth. med. 7ª. 72. F
Absinthiũ videt magis dulce q̃ amarũ de cura icteri (mẽtiũ) Sp. 111. A
Absithio gustato, q̃ gustãt videt amara. i 6ta. & mo. vul. c. 5°. 3ª. 192. C
Absinthiũ plus adstringit quã amarum sit. 6°. de sim. me. fa. 5ª. 44. D
Absinthium amarum coctum in aqua deponit qualitatem. 3°. de alimentorum facultatibus. 2ª. 32. A
Absinthio amariora sunt Aristolochia, Gentiana, Centaurea. de cura icteri. Sp. 111. A
Absinthium amarum, & acerbum. 5°. de simp. med. fa. 5ª. 35. B
Absinthium magnam habet acerbitatem. 6°. de sim. me. fa. 5ª. 40. D
Absinthium minus calidum abrotono, quoniam plurimam obtinet adstrictionem. 6°. de simp. me. fac. 5ª. 40. G
Absinthiũ minus extenuat quã abrotonon. 6°. de sim. med. fa. 5ª. 40. G
Absinthiũ nõ minus exiccat quã abrotonon. 6°. de sim. med. f. 5ª. 40. G
Absinthiũ ẽ minus tenuiũ ptiũ q̃ abrotonon. 6°. de sim. me. fa. 5ª. 40. G
Absinthium roborat omnia membra. 1°. de arte cur. 7ª. 99. D
Absinthium gratum est stomacho. 6°. de simp. med. fa. 5ª. 40. D/G
Absinthium conuenit stomacho imbecillo. de opt. secta. Isag. 23. H
Absinthio vtebãtur antiq̃ i stõ imbecillo, & qũo. 7°. met. me. 7ª. 43. H
Absinthium pro frigiditate ventriculi. 1°. de arte cur. 7ª. 99. C
Absinthium conuenit in vẽtriculo hõte destillationẽ. 7°. met. me. 7ª. 48. B
Absinthiũ cõuenit in vẽtriculo q̃ affectibe fomẽtet vẽtriculus. 8°. m. m. 7ª. 53. C
ad Maxillas tumidas remedium.de dyn. Sp.25.E
Maxillæ inferioris a superiori eluxationes faciei affectus.intr. Isa.59.C
Maxilla inferior quo modo excidat.intr. Isa.60.G
Maxilla inferior quomodo curetur.intro. Isa.60.G
Maxilla inferior nõ discedit a superiori, nisi ebrius, vel ignarus, vel summe desessus dormiat.2°.de mot.musc. 1ª.314.D
Maxillæ casum habuit Placinus dies biando.de arti.cõ.2°.7ª.263.G
Maxilla quæ exciderit,quomodo restituatur.de machi. 7ª.319.B
Maxillam & nasum membrana alligabimus.de fascijs. 7ª.293.E
ad Maxillam vulneratam,seu prolapsam.seu ob distentionẽ oris,aliũ ue morbum oportet ab altera parte vinciri.de fasc. 7ª.296.B
*ad Maxillam vtranque suo loco motam,vinculum.de fasc.*7ª.296.C
iuxta Maxillæ processum & aurem,vinculum.de fasc. 7ª.296.F
*ad Maxillã quæ excidit vbi in suã sedẽ cõpellit.de laque.*7ª.307.D
ad Maxillam prolapsam laqueus.de laqueis. 7ª.308.F
MAXILLARES *dentes vnde dicti.de ossib.* 1ª.41.F
Maxillares dentes & mollares ijdem.de ossib. 1ª.41.F
Maxillares dentes,qui.de ossib. 1ª.41.F
Maxillares dentes,quot.de ossib. 1ª.41.F
Maxillares dentes superiores habent tres radices, inferiores vero duas,exceptis aliquibus superioribus,qui hũt quatuor, & inferioribus qui habent tres,& qui sint.de ossib. 1ª.41.F
MAXIME *quid significet.de artic.com.2°.* 7ª.265.A
MAXIMAE *& minime rei consideratio quæ manu comprehendi potest.1°.de vsu par.* 1ª.114.A
in Maximis affectibus phlebotomia non est omittenda.de cucurbitu. scarific. 6ª.3.H
Maxima arteria oritur ĉ sinistro cordis sinu.1°.de decr. 1ª.232.D
*Maxima arteria est truncus omnium arteriarum.1°.de decr.*1ª.232.D
MAZAE *fiunt ex polenta frixa.1°.de alim.fac.* 2ª.11.H
Maza cuius naturæ & facultatis.1°.de ali.fac. 2ª.11.H
Maza τριπτὴ quæsit.1°.de ali.fac. 2ª.12.B
Maza minus siccat & calfacit,quàm panis.de sal.diæ. 2ª.40.A
Maza placenta modica alit.in 6ᵐ.de mor.vul.com.3°. 3ª.170.F
Maza vt caro fiat exigit tres mutationes, tamen est caro potestate. 2°.de temp. 1ª.21.G
Maza præter consuetudinem deuorata quid faciat.de vic.rat.in mor. acu.com.2°. 7ª.121.B
Mazis ossis q̃ dentium viperarum foramina obstruuntur, ne morsu no ceant.de ther.ad Pis. 5ª.94.G
MAZVCHI *vocatus morbus deprehenditur,& eius pulsus. de pulsi. ad Tirones.* 4ª.45.G
MEATVS *manifesti,qui.de dif.morb.* 3ª.4.C
Meatᵘ inferiores ãpli.9°.ĉ vs.p. 1ª.171.D
Meatus patientes habet optima corporis constitutio.de bonita.& vit. succorum. 2ª.34.G
*Meatus cur nõ insunt mollib⁹ partibus corporis.9°.de vsu p.*1ª.171.E
Meatus cur insunt duris corporis partibus.9°.de vsu par. 1ª.171.E
Meatus quidam sensibilis aperte intus adest solis neruis oculorum ante quam in oculos inserantur.de ner.diss. 1ª.53.D
Meatus leuium cerebri excrementorum superiores sunt et tenues.9°. de vsu par. 1ª.171.D
Meatus a cerebro descendens obstructus aliud symptoma facit, q̃ cũ crura sunt resoluta per spinæ inflammationem.1°.de lo.aff. 4ª.6.G
per Meatus insensibiles aeris receptionem & expirationem fieri per circulum dicebat Erasistratus, Platos per duos semicirculos. in tim.Plat. 1ª.290.A
Meatus quidam siue fouea appellatur medius ventriculus cordis. de anat.viuo. Sp.56.C
Meatus duo sunt stomachus & anus.5°.de vsu par. 1ª.147.A
Meatus amplos habent venter,iecur,lien,viscera. 5°.de simp.medic. facult. 5ª.35.B
Meatus, per quem a iecore ad ventrem mittitur bilis, in aliquibus vnus in aliquibus geminus.2°.de temp. 1ª.20.D
Meatus iecoris quando sint angusti,obest chondrus. de vic.ra.in mor. acu.com.1°. 7ª.111.E
Meatus tres habet vesica fellis.de ana.viu. Sp.50.H
Meatus quidam adrenes sunt non solum a vena hepatis,sed etiam ab arteria.de vtil.resp. Sp.64.G
*Meatus quibus fœtus alligat.dicunt cotyledones.de ana.par.*Sp.43.C
Meatus duo in priapo.de ana.viu. Sp.52.E
Meatus multi differunt a venis,neruis,& arterijs. & qui sint.1°.de natura fac. 1ª.291.H
Meatum aliquem esse a vena ad arteriam.de vti.resp. Sp.64.G
in Meatibus venæ non sunt vt arteriæ.de vsu puls. 1ª.228.G
Meatus qui in eundem locum profundunt,ad eandem etiam functionem non necessario pertinent.2°.de sem. 1ª.240.B/C
Meatuum ampliatio & angustatio,duæ primæ ægrotationes.de diffe. morborum. 3ª.2.G
Meatus angustia cur ægritudo.de diff.mor. 3ª.4.F
Meatus obducentia & obturantia quæ dicantur.4°.de comp.medicamen.sec.loc. 5ª.150.A
Meatuum obstructionis causa,quæ.de diff.mor. 3ª.4.C
Meatus obducit Emplastrõ medicamentũ.1°.de cõp.me.se.lo. 5ª.127.G
Meatuum obstructio subita fit a viscoso & crasso & humore.3°.de locis affe. 4ª.17.G

ob Meatus immodicos vel qualitatum intemperiem, instrumenti fiũt imbecillitates. de diff. mor. 3ª.3.H
Meatuum stipatio potest febrem accendere. 8°. meth. med. 7ª.50.A
Meatuum angustiæ, quæ alias sequuntur ægritudines, primo sunt curã dæ. ars med. Isa.70.E
Meatus per quos tendunt superflua debent fieri fluxibiles. 11°. meth. medendi. 7ª.73.F
Meatus de obstruentia quæ dicantur. 4°. de comp. me. se. lo. 5ª.150.A
Meatus quæ purgent. 5°. de simp. med. fa. 5ª.35.C
Meatus exiguos expurgat exercitatio. 2°. de san. tu. 2ª.69.G
Meatus purgat farina erui & lupinorum, potissimum si amara fuerint. 5°. de simp. me. fac. 5ª.35.B
Meatus aperiunt amara omnia absque morsu, & sunt tenuium partiũ. 3°. de comp. me. sec. loc. 5ª.141.B
ad Meatus purgandos valent amara nitrosa. 5°. de simp. me. fa. 5ª.35.B
Meatus adstrictos aperit acetum mulsum. de bon. & vi. suc. 2ª.39.A
in Meatibus infarcta quo curãda. 2°. de comp. med. sec. loc. 5ª.136.A
Meatus mundificans medicamentum. secret. Sp.101.G
MECHANICARVM artium ad medicinam comparatio, & diuisio. ad Thras. 2ª.106.G
MECONIDES *inter olera, quæ cruda stomachicis conueniunt. 8°. de cõpo. med. sec. loc.* 5ª.192.C
Mechon, id est Papauer. 7°. de simp. me. fac. 5ª.55.F
Meconium quid. 1°. de comp. med. per gen. 5ª.211.H
Mecon aphrode. 8°. de simp. me. fac. 5ª.58.A
Mecon Ceratitis. 7°. de simp. me. fa. 5ª.55.G
Mecon Heraclea. 7°. de simp. me. fac. 5ª.55.H
Meconion quomodo fiat, & eius vires. de simp. med. Sp.88.A
Meconium quibus adulteretur. de simp. med. Sp.88.A
Meconiũ et si calidũ det, extinguit calorem aĩalis. 3°. de temp. 1ª.23.C
Meconium valde excalefactum urit. 1°. de simp. me. fa. 5ª.3.C
Meconium fugiendum in vlceribus. 3°. meth. me. 7ª.21.C
Mecon ponitur in therica. de ther. ad Pis. 5ª.92.E
ad Meconem valet theriaca. de ther. ad Pis. 5ª.91.D
Meconiæ meminit. 7°. de comp. me. per gen. 5ª.267.A
MECONIVM *vocatum cum excrementum sit, ex toto fœtus nutrimento est, humorq; is, qui in vrinaculo est. an animal.* 1ª.328.C
MEDEAE & Iasonis & amor, & qualis. 3°. de dec. Hip. 1ª.244.a
Medea indocta barbara. 3°. de decr. Hip. 1ª.245.H
Medeæ pharmacum, quale. de bon. aquæ. Sp.76.A
MEDELA *eadem vtuntur rationales & empirici. de sectis.* Isa.16.F
de Medelas iueniẽdi rõne dissentiũt rõnales & empirici. de sec. Is.16.F
Medela non indiget, sed refectione a morbo graui conualescens. ad Thrasybulum. 2ª.102.D
MEDENDI *modus medicinæ pars. intro.* Isa.52.H
Medendi viam quomodo inuenit Hippocrates. 9°. meth. med. 7ª.58.F
Medendi methodum qui vult cõponere, quid agere debet. 2°. methodi medendi. 7ª.13.F
pro Medendi methodo quatuor considera. 1°. meth. med. 7ª.7.H
Medendi methodi principium. 1°. meth. med. 7ª.7.F
Medendi methodus fit per indicationem. 2°. meth. me. 7ª.13.E
Medendi rationes octo. 7°. meth. me. 7ª.43.G
Medendi methodum cur distulit componere Galenus. 1°. m. m. 7ª.2.C
Medendi ars quibus constet. 1°. de arte cur. ad Gla. 7ª.94.C
ad Medendum conferunt temporis occasio, & auxiliorum quãtitas. 1°. de arte cur. ad Glauc. 7ª.94.C
ad Medendũ nihil facit scire medicinaliũ instrorũ functionẽ, nisi et corporis cui applicent, intemperies cognoscat. 2°. de nat. fa. 1ª.301.B
ad Medendi peritiam quid spectet. 12°. meth. me. 7ª.77.B
Medendi tota indicatio. 9°. meth. me. 7ª.59.H
ad Medendi artem spectant febrem accendentia. 4°. de san. t. 2ª.82.H
ad Medendum primum est cognitio morbi. 2°. meth. me. 7ª.13.F
Medendi principium tantum, non medicinæ portio, est indicatio quę a morbis sumitur. 3°. meth. med. 7ª.16.D
Medendi præceptum. com. 5°. aph. 32°. Ex.40.D
Medendi præcepta, & quomodo in cibando se gerere debet medicus, & quæ considerare debet. com. 1°. aph. 17°. Ex.9.B
Medendi ratio ad ossa fracta. de dyn. Sp.31.E
ad Medendũ pertinet facere coctiones. in 1ᵐ. de mo. vul. c. 1°. 3ª.112.A
MEDERI *commune est omnibus medicinæ partibus diæteticę, pharmaceuticæ, chirurgiæ. ad Thras.* 2ª.108.F
cum Medendo quandoq; est mixta prouisio. 12°. meth. me. 7ª.74.G
Mederi, manus opera vti, & rationem victus instituere, habent pro cõmuni mederi. ad Thras. 2ª.108.F
Mederi non põt methodum curatiuã ignorans. de puero epil. 7ª.187.F
Mederi vnde incipiendum. 5°. de san. tu. 2ª.93.C
Mederi repente ægro cum volumus, & ipsi velocem præsidij sensum moliri, celerrima fit mutatio in corporib⁹. de ther. ad Pis. 5ª.94.D
Mederi quot vicibus ægro debeat medicus in vlceribus, & quoto die deligatura soluenda. 4°. de comp. me. per ge. 5ª.238.F
MEDIANVM *quid significet. de art. com. 4°.* 7ª.289.B
MEDIASTINVM *propter quid factum sit. de ana. viu.* Sp.53.C
MEDICAMEN *agens per accidens quo cognoscit. 3°. de temp.* 1ª.24.H
Medicamen agens per se quomodo cognoscitur. 3°. de temp. 1ª.24.H
Medicaminum aliorum materia est oleum. 2°. de simp. me. fa. 5ª.15.C
Medicaminum genera quæ. de dyn. Sp.18.G
Medicaminis vi, sanguis alteratus transit in biles. de atra bile. 1ª.37.D
Medicamen Acostror. de med. exper. Sp.140.G
Medicamina Acria, alexiteria venena quandoq; sunt morborum calidorum causæ. de morb. cau. 3ª.6.G
Medicamina acria febrium causa. de morb. cau. 3ª.6.G
Medicamen Acritonis. de med. exper. Sp.107.E
Medicamina acuta sæpe accipientes quo modo in febrem incidant. 1°. de dif. febr. 3ª.31.G
Medicamen Agargei. de med. exper. Sp.104.E
Medicamen Amaloz. de med. exper. Sp.106.C
Medicamen Amoronis. de med. exper. Sp.108.E
Medicamen Asiritæ. de med. exper. Sp.108.F
Medicamina Attenuantia non possunt efficere bonam habitudinem. de bon. & vitio suc. 2ª.39.A
Medicamina attenuantia ad sanitatem tutioram, q̃ humores crassos facientia. de bon. & vi. suc. 2ª.39.A
Medicaminum Calefacientium atq; exiccantium immodicus vsus febres tertianas faciliter affert. 2°. de dif. feb. 3ª.36.D
Medicamen purgans Choleram. de me. exper. Sp.105.A
Medicamen in dubio Colicæ, & lapidis. de med. exper. Sp.106.H
Medicamen Emplastrosum. 3°. de comp. med. per gen. 5ª.233.F
Medicamen Emplastrodes. 4°. de comp. med. per gen. 5ª.238.G
Medicamen Experimentatoris ad splenem. de me. exper. Sp.104.D
Medicamen ad Febres compositas. de med. exper. Sp.104.F
Medicamen recipiens cãtharides pdest Hydericis. 3°. de tẽp. 1ª.23.C
Medicamen contra Hydropem. de med. exper. Sp.105.B
Medicaminum interiorum duodecim species. intro. Isa.57.H
Medicamina Salubria tenuandi potestatem habent. de bonit. & vit. succor. 2ª.39.A
Medicamen Senis. de med. exper. Sp.104.D
Medicamen Squilitum. de me. exper. Sp.106.C
Medicamen melius q̃ Theriaca. de me. exper. Sp.106.C
Medicamen Virtus appellatum. 2°. de comp. med. per gen. 5ª.224.H
Medicamen prouocans Vrinas. secr. Sp.102.A
Medicamen adhibe, si vrinæ color albicans fuerit, hypostasis rusa. de vrinæ signi. ex Hipp. Sp.179.D
Medicamen subtilians humores, & præparãs ad exitum in principijs ægritudinum. de med. exper. Sp.108.E
Medicamen aliquod nimium laxat. de cau. mor. 3ª.9.C
MEDICAMENTARIA *habet nomẽ a materia. ad Thras.* 2ª.108.E/F
Medicamentaria quæ. ad Thras. 2ª.108.E
quæ Medicamentaria, & calida facultate sunt, lædunt febricitantes. 9°. de comp. med. sec. loc. 5ª.197.F
Medicamentariæ rei egestatem quæ indicent. 3°. de comp. med. secundum loc. 5ª.147.C
Medicamentarius medicus a materia dicitur. ad Thras. 2ª.105.D
Medicamentarij medici dicuntur a materia, sicut ocularij, auriculij, dentarij, & huiusmodi, a membris. ad Thras. 2ª.105.B
MEDICAMENTVM *sumitur pro eo quod per os accipitur. commenta. 6°. aph. 31°.* Ex.49.E
Medicamentum significare videtur & quod purgat, & quod non purgat, vbi dicit purgatio cum medicamento. c. 6°. aph. 47°. Ex.52.B
Medicamentum accipit Galenus pro eo quod applicatur extra, quia distinguit ipsum cõtra potionem, collige. com. 6°. aph. 18°. Ex.48.B
Medicamentum quid sit. 1°. de simp. med. fa. 2. C/3°. 5ª.17.C
Medicamenta quæ sint, collige. 11°. de simp. med. fac. 5ª.77.G
Medicamina non alimenta ab aliquibus appellantur, quæ sunt tenuis materiæ. de bon. & vi. suc. 2ª.34.G

Medicamenti & nutrimenti differentia. 5°.de simp.med.fac. 5ª.31.F
Medicamenta probantur esse medicamenta,quia nullum præbent corpori alimentum.2°.de alim.fac. 2ª.19.C
Medicamenta in nutrimenta quandoq; transeunt.quos purg.opor.quibus med.& quo temp. 5ª.89.B
Medicamentis quidam nutriuntur.de ther.ad Pis. 5ª.91.B
Medicamentum si nutrit,conuertitur in humorem quem educit.3°.de simp.med.fac. 5ª.23.C
Medicamenta quæ sint solum.3°.de temp. 1ª.23.F
Medicamenta quæ sint,non cibi.de vi.ra.in mor.acu.cõ.1°.7ª.111.B
Medicamẽta q̃ non sint,& sint alimenta,& qualia.1°.de ali.fa.2ª.8.E
Medicamenta,& nutrimenta simul.quæ.3°.de temp.3ª.22.D/8°.methodi med. 7ª.50.H
Medicamenta quæ comeduntur vt cibi.de atten.vic. 2ª.44.A
Medicamẽti et cibi vim hz ptissana.de vic.ra.in mor.ac.c.1°.7ª.115.D
Medicamentum loco salis ad obsonia.4°.de san.tu. 2ª.86.E
Medicamentum veluti acetum in ptissana.4°.de san.tu. 2ª.86.F
Medicamentum veluti piper.4°.de san.tu. 2ª.86.F
Medicamentosam qualitatem vehementem cibi habentes nõ nutriũt, sed exigue nutriunt si coctione,aut assatione,aut maceratione qualitatem illam deposuerit.2°.de alim.fac. 2ª.19.D
Medicamenta omnia sunt medicinæ materia.ad Thras. 2ª.106.A
Medicamenta a quibus sumantur.6°.de simp.med.fac. 5ª.39.E/F
Medicamentorum studiosus Attallus rex Pergamenorum. 1°.de cõp.me.sec.loc. 5ª 214.D
Medicamentorum copia vnde habetur.7°.meth.med. 7ª.43.G
Medicamentum non pertinet ad sanos.1°.de san.tu. 2ª.65.D
Medicamenta Acerba,& mordacia sunt omittenda.4°.de simp.medicam.facul. 5ª.25.A
Medicamenta Acopa extrinsecus.introd. Isa.58.A
Medicamenta Acria reuellunt a capite.de hirud.reuuls.cuc. 6ª.2.E
Medicamenta acria bracijs & manibus inposita succos ad caput et viscera vergentes reuellunt.de cuc.scar. 6ª.4.G
Medicamenta acria non debẽt applicari ante euacuationem, aliter faciũt fluxionẽ & inflãmationẽ.de cur.rat.per san.mis. 6ª.20.D
a Medicamentis quæ Actiones fiunt.ad Thras. 2ª.105.A
Medicamentorum quædam prima & ex professo sunt opera, quædam vero mediante natura.9°.de simp.med.fac. 5ª.68.G
Medicamentorum diuersitas in agendo vnde proueniat.7°.de simpli.med.fac. 5ª.49.B
Medicamenta Adstringentia simul & mordicantia.4°.de simp.medicamen.fac. 5ª.26.A
Medicamento adstringente quando vti oportet.de const.ar. Isa.41.E
Medicamentum Aduenæ cuiusdam.de med.exper. Sp.104.C
Medicamenta Adurentia extrinsecus.intro. Isa.58.A
Medicamenta adurentia vt ignis.2°.de arte cur.ad Gla. 7ª.102.D
Medeę medicamentum,quod omnia vrebat,in quæ calor incidebat,ex sulfure & bitumine humido.3°.de temp. 1ª.22.E
Medicamenta Alexipharmaca.intro.57.H/ Isa.58.A
Medicamentum ex Alga.14°.meth.med. 7ª.92.F
Medicamentum ad Alphum.intro. Isa.58.B
Medicamentum Amarum ex aloe datur comitiali ex ore ventriculi.5°.de locis aff. 4ª.32.G
Medicamentum amarum in colico.1°.de loc.aff. 4ª.5.G
a Medicamento coli intestini doloris casus.1°.de loc.aff. 4ª.5.G
Medicamentum ex gutta ammoniaci,& oleo ricino quale.6°.de cõp.med.per gen. 5ª.258.B
Medicamenta Anodyna.intro. Isa.57.H
Medicamenta anodyna.9°.de comp.med.sec.loc. 5ª.200.H
Medicamẽtũ Aridũ inspersile quid sit.4°.de cõp.me.per ge.5ª.238.G
Medicamentum Arostocamet cõstipãs naturã.de med.exp.Sp.104.g
Medicamentum Arrhabiani ponticum.7°.de cõp.me.sec.lo.5ª.184.C
Medicamenta Arteriaca quæ sint.7°.de cõp.med.sec.loc. 5ª.177.B
Medicamenta ad Articulorum morbos extrinsecos.intro. Isa.58.B
Medicamentum Authemeron.9°.de comp.med.sec.loc. 5ª.199.E/F
Medicamenta bicolora,seu bifacia.2°.de arte cur.ad Gla. 7ª.106.E
Medicamen ex Cadmia in quibus partibus cicatricem inducit.5°.methodi med. 7ª.33.G
Medicamenta omnia agunt,aut calefaciendo,aut refrigerando,aut humectando,aut exiccando.de nat.hum.com.1°. 1ª.28.H
Medicamenta quæ facile accenduntur calfaciunt.3°.de tẽp. 1ª.21.H
Medicamenta q̃ facile accẽdunt̃,quo ipediri possunt.3°.de tẽp.1ª.21.H
Medicamenta quæ corpus calfacere videntur,prompte in ignem vertuntur.3°.de temp. 1ª.21.H
Medicamenta calefacientia & exiccantia.2°.de simpl.me.fac.5ª.16.D/8°.meth.med. 7ª.54.D
Medicamenta quæ nos calfaciunt primo a nobis caloris principiũ accipiunt.2°.de simp.me.fac. 5ª.15.C
Medicamenti calor modo acceperit scintillam caloris naturalis,totus accenditur.3°.de temp. 1ª.22.B
Medicamenta a nobis accipiunt vt sint calida.3°.de temp.1ª.22.A
Medicamenta aliqua vt tangunt corpus, cur id calefaciunt alia tardius,alia citius.3°.de temp. 1ª.22.B
Medicamenta non agunt in instanti.3°.de temp. 1ª.22.A
Medicamenta nacta a nobis caloris principium,calorem ipsum postea superant.1°.de simp.me.fac. 5ª.4.B
Medicamẽta principiũ calfactionis a nobis accipiũt: postea vel æque, vel plus nos recalfaciunt.2°.de simp.me.fac. 5ª.15.H
Medicamenta q̃ prius debent calefieri,si debeant calefacere, non mirum.3°.de temp. 1ª.22.A
Medicamenta calfacientia & nihil aliud agentia.3°.de temp.1ª.22.D
Medicamenta calfacientia extrinsecus.intro. Isa.58.A
Medicamenta parum calfacientia.7°.de simp.me.fa. 5ª.53.C
Medicamentum Calidum,frigidum,humidum, & siccum quinam dicatur.4°.de comp.med per gen. 5ª.240.F
Medicamenta,alimenta,& tegumenta habentur calida potestate.2°.de simp.med.fac. 5ª.15.D/E
Medicamenta omnia sunt potentia calida.com.1°.aph.24°. Ex.10.F
Medicamẽtũ aliquod potestate calidũ erodit,et vrit.3°.de tẽp.1ª.23.B
Medicamentum an sit calidum quo modo probetur.3°.de comp.medi.per gen. 5ª.230.E
Medicamenta calida sunt euacuationes communes.ars med. Isa.71.E
Medicamenta probantur esse calida,vel frigida,vel humida, vel sicca comparando ad hominem.3°.de simp.me.fac. 5ª.18.D
Medicamentum idem corpora diuersa calefacit, & frigefacit.3°.de simp.med.fac. 5ª.19.E
Medicamentis calidis quandoq; vnum frigidum mixtum.1°.de simp.med.fac. 5ª.6.H
Medicamenta calida vrũt,cũ sunt crassa.4°.de simp.me.fa. 5ª.24.G
Medicamẽta debẽt esse tãto calidiora,quãto exuperauit frigiditas,& è cõtrario:& ita de sicco & humido dicẽdũ.5°.de sim.m.f. 5ª.33.A
Medicamenta calida liquida.de ijs quæ in med.fi.com.3°. 7ª.220.C
Medicamẽta quo modo Candida fiant.1°.de cõp.me.per g. 5ª.212.G
Medicamenta Capiti extrinsecus applicata nihil proficerent, nisi essent futuræ.13°.meth.med. 7ª.85.G
Medicamenti capiti suprapositi substantiam futura potissimum coronaria intromittit.13°.meth.med. 7ª.85.G
Medicamentum debet considerari quantum, & quale debet peruenire ad membrum.2°.de arte cur.ad Gla. 7ª.102.H
Medicamenta Carbunculis idonea extrinsecus.intro. Isa.58.A
Medicamentum Carnem conficiens,ex oleo,cera, & ærugine fit.3°.meth.med. 7ª.17.B
Medicamentum incarnans fit ex cerato & ærugine,vtrunq; tamẽ per se est contrarium incarnationi.6°.de comp.me.se.lo. 5ª.176.H
Medicamenta remouent impedimẽta caro autem generatur a natura.2°.de comp.med.per gen. 5ª.227.A
Medicamenta Κεφαλικὰ vnde dicta,& quæ sint.6°.me.me. 7ª.42.B
Medicamenta cephalica.intro. Isa.57.B
Medicamentum quod instergitur Κατάπασον. 7°.de comp.medicam.sec.loc. 5ª.184.D
Medicamenta Chalastica quæ vocent̃.7°.de cõp.med.per g. 5ª.267.F
Medicamenta Cicatricem inducentia intrinsecus.intro. Is.58.A
Medicamenta Cholagoga,id est choleræ eductiua,ita ab effectu nominant̃.com.4°.aph.2°. Ex.27.E
in Medicamentis quæ cognoscere debet medicus.3°.de comp.medic.per gen. 5ª.228.H
de Medicamentis duplex peritia.3°.med.me. 7ª.20.A
de Medicamentis quæ consideranda.de ther.ad Pis. 5ª.91.B
Medicamenti cuiusq; cognoscendi regula, vt videlicet omni aliena qualitate vacans spectetur.2°.de simpli.med.fac. 5ª.15.A
Medicamenta quæ probamus,debent esse expertia alienæ qualitatis.1°.de simp.med.fac. 1ª.2.G
Medicamentum quod iudicandum venit, oportet esse simplex.1°.de simp.med.fac. 5ª.7.F

Medicamenta optima

Medicamenta optima vbi sint, verissime scripsit Dioscorides. 1°.*de antidotis.* 5ª.100.C
Medicamẽta adulterata cognoscẽda sunt. 3°.*de cõp.me.p g.* 5ª.228.H
Medicamenta quomodo probanᵗ. 8°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.190.G
Medicamenti vis non secure probaī sine sensu. 1°.*de sim.me.f.* 5ª.7.F
Medicamentorum vsum ex gustu cognoscimus. 6°.*de compo.med.sec. locos.* 5ª.169.F
Medicamentorũ vires cognoscunᵗ sine saporib. 4°.*de sim.m.f.* 5ª.26.C
Medicamenta probanda ex temperaturis. 3°.*de simp.me.fa.* 5ª.19.F
Medicamenti facultas si ab externis petatur, quibus indigeamus. 1°. *de simp.med.fac.* 5ª.3.H
Medicamenti facultas quo modo ab externis sumenda. 1°.*de simplic. med.fac.* 5ª.3.H
Medicamenti facultas colligenda ex euidenter apparentibus, & vnde. 1°.*de simp.med.fa.* 5ª.3.G
Medicamenti vim nemo cognoscit sine experientia. 4°.*de comp.med. facult.* 5ª.140.D
Medicamenta experientia comparanda. 5°.*de san.tu.* 2ª.92.F
de Medicamentis non est ex duobus vel tribus experimentis sententia dicenda. 7°.*de comp.med per gen.* 5ª.264.E
in Medicamentis experiundis quid faciat differentiam. 7°.*de comp. med.per gen.* 5ª.264.F
Medicamentorum experimẽtum sumi debet primo in temperatissima natura, secundo in intemperata tertio in morbis simplicibus. 6°.*de simpli.med.fa.* 5ª.39.E
Medicamenta Colica. 9°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.200.H
Medicamentum ex Colliquabilibus. 3°.*de comp.med.per g.* 5ª.233.F
Medicamentorum Cõpositiones cur inuentæ.de ther.ad Pis. 5ª.91.B
Medicamenta Composita cur inuenta. 1°.*de comp.me.per g.* 5ª.210.E
Medicamẽtorũ primi cõpositores, qui. 2°.*de comp.me.per g.* 5ª.218.D
de Medicamentorum cõpositione vbi composuerit Galenus, promittit se alium librum scripturum. 2°.*de arte cur.ad Gla.* 7ª.104.G
Medicamẽta experiẽtia cõponunᵗ. 2°.*de comp.med.per ge.* 5ª.218.H
Medicamentum componi non potest sine notitia simplicium. 1°.*de simpli.med.fac.* 5ª.6.E
Medicamentorum compositorum vis ex simplicibus est. 1°. *de antid.* 102.C/6°.*de comp.med.per gen.* 5ª.257.F
Medicamentorum differentia per variationem simplicium. 7°.*de cõpo.med.fac.* 5ª.264.G
Medicamentis vim non dant simplicia quædam, sed commoditatem. 1°.*de comp.med.per gen.* 5ª.212.E
Medicamenta qui cõponere scit, & vti. 1°.*de comp.me.per g.* 5ª.215.B
Medicamenta qui facile cõficiet. 6°.*de comp.me.per ge.* 5ª.254.H
Medicamenta q̃ sibi pararent medici. 6°.*de cõp.med.se.lo.* 5ª.168.A
Medicamenta non possunt componi absq; methodo. 4°.*de comp.medi. per gen.* 5ª.140.D
de Medicamentorum compositione librũ fecit Galenus ante methodi librũ. 3°.*meth.med.* 17.B/20.A/5°.33.A/6°. 7ª.37.E
de Medicamentis componendis liber sequitur librum de simplicium medicamentorum facultatibus. 7°.*de simp.med.fac.* 5ª.55.G
Medicamenta quo modo componi addiscantur. 6°.*de comp.medic.per genera.* 5ª.254.H
Medicamenta non ex sola lectione librorum fiunt. 1°.*de anti.* 5ª.104.F
Medicamentorum compositionis regula. 4°.*de san.tu.* 2ª.86.E
Medicamenta ex simplicibus quæ habentur componenda. 4°.*de cõpo. med.per gen.* 5ª.239.A
Medicamenta quo ordine ingrediantur simplicia. 3°.*de comp.medic. per gen.* 5ª.233.G
Medicamenta ingredientium simplicium ordo. 6°.*de com.me.per ge.* 255.F/256.H/ 5ª.259.H
Medicamenti confectio secundum simplicium ingrediẽtium ordinem. 2°.*de comp.med.per gen.* 5ª.225.F
Medicamentum quando multiplex esse debet, & quando simplex. 4°. *de comp.med.per gen.* 5ª.240.A
Medicamenti confectio. 2°.*de comp.med.per ge.* 226.C/ 5ª.227.E
Medicamentorum singulæ compositiones quomodo cognoscantur. in 1ᵐ.*de mor.vul.com.* 1°. 3ª.103.A
Medicamenti, quo nõ aliud melⁱ, cõfectio. 2°.*de cõp.m.p g.* 5ª.223.B
Medicamenta debent in parua & tenuia frangi. 3°.*de temp.* 1ª.22.A
in Medicamentis varijs multo sunt vsui, faba, hordeum, cera, et oleũ. 7°.*de simp.med.fa.* 5ª.53.A
Medicamenta vt inhærent, ponitur cera. 7°.*meth.med.* 7ª.46.H
Medicamentorum materia cur sit ouum. 11°.*de simp.me.fa.* 5ª.81.F
Medicamenta quando componuntur ex melle, quo modo loquendũ de quantitate eorum in permixtione. 6°.*de comp.med.se.lo.* 5ª.168.C
Medicamenta cum aqua coquendi modus. 4°.*de san.tu.* 2ª.87.A
i Medicamẽtis coquẽdis cur ponebãt vinũ et aquã. 4°.*d s.t.* 2ª.87.A
Medicamenta magis cocta, meliora. 1°.*de comp.med.per g.* 5ª.212 F
Medicamenta denigrat aer nubilus, syncerus dealbat. 1°.*de cõpo.me dic.per gen.* 5ª.212.G
Medicamentis obest fumus. 1°.*de comp.med.per gen.* 5ª.212.G
Medicamenta antequam fiant, carbones sunt primo vrendi. 1°.*de cõp. med.per gen.* 5ª.212.G
Medicamenta cur ad prunas ardentes non facienda. 7°.*de comp.med. sec.loc.* 5ª.179.C
Medicamentum in sole æstiuo fiat, vel in aere calido. 4°.*de compo.me dic.per gen.* 5ª.245.B
Medicamenta conficiuntur sub caniculæ æstu. 4°.*de comp.med.per ge.* 244.A/5°.252.E/6°. 5ª.256.E
ad Medicamenta agitanda æris rubri radius. 3°.*de compo.medi.sec. locos.* 5ª.148.A
Medicamenta q̃ non præparanda in copia, quando dura vt lapis euadunt. 4°.*de comp.med.per gen.* 5ª.239.B
Medicamentum tertio aut quarto die soluendum. 6°.*de composi.med. per gen.* 5ª.256.D
Medicamentum idem dilutum, & non dilutum varia facit. 2°.*de compositi.med.per gen.* 5ª.225.C
Medicamenti vnius diuersitas. 6°.*de comp.med.per gen.* 5ª.256.F
ad Medicamentum seruandum, fictile. 5°.*de comp.me.se.lo.* 5ª.163.B
pro Medicamento conseruando oui testa. 5°.*de cõp.me.se.lo.* 5ª.161.B
pro Medicamento seruando pellis. 6°.*de compositione medicam.per gen.* 256.H/ 5ª.262.G
Medicamentũ ponit in pellem albam. 9°.*de comp.me.se.lo.* 5ª.199.D
pro Medicamento cõseruãdo vesica. 5°.*de cõp.me.sec.loc.* 5ª.161.B
Medicamenta ad Concoctionem.intr. Isa.57.H
Medicamenta concoquentia, quæ.intro. Isa 57.H
Medicamenta concoquentia extrinsecus.intro. Isa.58.A
Medicamenta concoquentia extrinsecus quibus constent.intr. Is.58.B
Medicamenta simillima temperaturæ hominis ocyssime concoquunt quod in pus verti debet. 5°.*de simp.med.fac.* 5ª.33.G
Medicamenta mistam ex Contrarijs habentia naturam. 1°.*de compo. med.sec.loc.* 5ª.129.A
Medicamentum nullum ad multa valet, nisi sit contrariorũ particeps. 6°.*de comp.med.per gen.* 5ª.256.B
quæ Medicamenta non habent mistionem contrariorum. 1°.*de comp. med.sec.loc.* 5ª.129.E
Medicamentum ad vniuersum Corpus extrinsecus.intro. Isa.58.A
Medicamentum ex Cotoneorum succo. 8°.*meth.med.* 7ª.53.E
Medicamentum ex carne cotoneorum. 8°.*met.med.* 7ª.53.E
Medicamenta Crassiora nequeunt angusta venarum oscula subire. 4°. *de san.tuen.* 2ª.86.D
Medicamenta cruenta ex bitumine fiunt.de fract.com. 3°. 7ª.242.E
Medicamentum cruentum quale sit.de fract.com. 3°. 7ª.242.D
Medicamẽta cruenta exiccant mediocriter.de art.com. 2°. 7ª.268.D
Medicamenta ad cruentos extrinsecus.introd. Isa.58.A
Medicamentum cruentum pro Contusis.de fract.com. 3°. 7ª.245.B
Medicamentis Crustam facientibus q̃ vtendum. 5°.*met.me.* 7ª.51.D
Medicamenta Deleteria cur in calidis naturis vim suam exercent. 3°. *de simp.fac.* 5ª.21.H
Medicamẽta sũt letalia, et deleteria.de vic.ra.i mor.ac.c. 2°.7ª.118.D
Medicamentum Diachalciteos. 6°.*met.med.* 7ª.38.E
Medicamentũ Diaspermaton. 5°.*meth.med.* 33.C/12°. 7ª.75.C
Medicamenta extrinsecus Digerentia quibus constant.intr. Isa.58.B
Medicamenta quæ cum digerentibus habent adstringentia, qualia. 6°. *de comp.med.per gen.* 5ª.258.C
Medicamentum Dioclis Chalcidonij. 7°.*de cõp.med.sec.loc.* 5ª.184.F
Medicamenta Discutientia extrinsecus.intro. Isa.58.A
Medicamẽta p Diuitibus q̃o parãda. 6°.*de cõp.med.se.lo.* 5ª.171.G
Medicamenta diuitum debent esse cara & odorata, quæ multa cõstent pecunia.de comp.med.per gen. 5ª.234.C
Medicamenta cara qui volebat, diuitis historia. 3°.*de comp.med.per genera.* 5ª.234.D
Medicamentis abhorrent mulieres diuites. 6°.*de comp.med.secundũ locos.* 5ª.171.E

Medicamentis gauden-

Medicamentis gaudentis diuitis, & fallere etiam gaudentis medicos. 1°.*de præsag.ex puls.* 4ª.105.C
ad Medicamenta aliqui magis propensi.de purg.med. 5ª.86.D
*Medicamenta Dolores sedantia quæ sint.*2°.*de simpl.med.facul.*12.C/9°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.200.H
*per Medicamentum, vel sanguinis missionẽ sedatio doloris in pleuritide non est curatio symptomatis.*12°.*met.med.* 7ª.74.G
*Medicamenta Dropacita.de ijs, quæ in med.fi.com.*3°. 7ª.220.D
*Medicamenta Electa quæ sint.*7°.*de comp.med.se.loc.* 5ª.177.B
*Medicamẽtorũ Effectꝰ quo secũdũ Epicurũ.*1°.*de nat.fac.* 1ª.294.D
*Medicamenta efficaciora, quæ parum accipiunt cerati.*5°.*de composi. med.per gen.* 5ª.246.G
*Medicamentum Emolliens indurata, quale.*5°.*de simp.me.fa.*5ª.33.E
*Medicamenta parum calefacientia & adstringentia sunt Emplastica & peptica, idest concoquentia.*7°.*de simp.med.fac.* 5ª.53.C
*Medicamentũ pus mouens dr esse emplasticũ.*5°.*de sim.m.f.* 5ª.33.G
Medicamenta idonea erysipelatis extrinsecus.intro. Isa.58.A
*a Medicamento valenti fit Erosio extrinsecus.*4°.*meth.med.* 7ª.23.B
*Medicamentum Euaphion a lenitudine appellatum.*9°.*de comp.med. sec.loc.* 5ª.205.B
*Medicamentum est exercitium.*1°.*de san.tu.* 2ª.65.D
Medicamenta exiccantia cuti applicanda.de const.ar. Isa.42.E
*Medicamentum exiccatorium ex salice.*6°.*de simp.med.fac.*5ª.48.H
*Medicamentum optimum ad exiccandum absque morsu.*7°.*de simpli. med.fac.* 5ª.53.B
*Medicamenta exiccãtia & abstergentia, ac vlcera pura reddentia.de fract.com.*3°. 7ª.242.E
*Medicamentum vehementissime exiccans.*5°.*met.med.* 7ª.34.A
*Medicamentum aliud vehementissime siccans.*5°.*meth.med.* 7ª.34.B
*Medicamenta siccantia in longis fracturis ossium.*6°.*met.me.* 7ª.41.G
*Medicamentum an bene exiccauerit, per sordem & saniem ꝓbatur.*3°. *meth.med.* 7ª.18.E
*Medicamenta fortissima, quæ.*6°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.171.H
Medicamenta quæ illinuntur extrinsecus.intro. Isa.58.A
*Medicamenta fortia quæ sint.*6°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.176.G
*in Medicamentis vis maior quæ intelligenda.*14°.*meth.me.* 7ª.88.G
*Medicamenta fortia, quæ sint, & quo modo eorum erosio mitescat.*2°. *de comp.med.per gen.* 5ª.219.G
*Medicamenta fortia quæ indigent mitigatorijs.*2°.*de comp.medic.sec. locos.* 5ª.139.F
*Medicamenta fortia, quibꝰ miscẽda.de vi.ra.in mor.ac.c.*2°.7ª.117.H
*Medicamentorum fortiũ vim reprimentia.*3°.*de simp.me.fa.* 5ª.20.C
*Medicamentorum vim, quæ frãgunt.*8°.*de cõpo.med.sec.loc.*5ª.188.F
*Medicamentorum vim q̃ obtundant.*7°.*de cõpo.med.sec.loc.*5ª.182.E
*Medicamentum vnum quo modo fieri possit fortius, & imbecillius, et debeat.*3°.*de compo.med.sec.loc.* 5ª.141.F
*Medicamentis fortibus quando vti debemus, & quomodo.*2°.*de cõp. med.sec.loc.* 5ª.139.F
*Medicamenta fortiora fortioribus corporibus, debiliora debilioribus sunt exhibenda.*6°.*de comp.med.sec.loc.*5ª.176.F/6°.*methodi medendi.* 7ª.38.E
*Medicamenta validiora habeant dura corpora.*7°.*de comp.med.per genera.* 5ª.268.G
*Medicamentis fortioribus indigẽt duri.*2°.*de cõp.me.per g.*5ª.227.B
Medicamenta fortißima cõueniũt rusticis.de art.cu.ad Gla. 7ª.107.A
*Medicamentorum messorũ & fossorum.*3°.*de comp.me.se.lo.*5ª.147.C
Medicamentorum fortium minus recipiunt molles. 2°.*de comp.med. sec.loc.* 5ª.140.D
*Medicamenta fortia in oculorum fluxionibus.*4°.*de comp.medi.secũ. locos.* 5ª.157.A
Medicamentum fort e in cephalæa.de dyn. Sp.23.C
*Medicamenta fortißima tolerat auditorius meatus.*6°.*m.m.*7ª.42.H
*Medicamentis valentissimis gaudet membrana cerebri crassa.*6°.*methodi med.* 7ª.42.H
*Medicamenta fortiora exigũt profundæ partes.*4°.*met.me.* 7ª.29.C
*Medicamenta fortia non ferunt naturæ molles.*3°.*met.med.* 7ª.20.E
*Medicamentorum duo genera oportet habere parata, validissimum, & moderatissimum.*7°.*de compo.med.per gen.* 5ª.263.E
*Medicamenta duo habere debet medicus, vnum valens, aliud imbecil lum.*3°.*de comp.med.per gen.* 5ª.232.D/E
*Medicamenta valida supra vlcus carbunculi.*14°.*met.med.*7ª.90.B
*Medicamento robur fit ab oleo veteri.*3°.*de cõp.med.per g.*5ª.230.F
*Medicamentis fortibus qũo vtendum.*1°.*de comp.me.se.lo.*5ª.122.C
Medicamenta natura frigida ab antiquis dicta sunt potestate frigida. 3°.*de simp.med.fac.* 5ª.22.D
*Medicamẽta frigida cur ptãte frigida dicanr.*3°.*de sim.me.fa.*5ª.22.D
*Medicamenti frigidi a calido in quãtitate differentia.ars med.*If.69.F
*Medicamentum refrigerans.*10°.*meth.med.* 7ª.65.A
*Medicamenta q̃ cum hoc quod refrigerant, vnà etiam adstringunt, ea & ad vlcera rebellia omnia, & ad fluxiones, & putredines conue niunt ac proinde & ad dysenterias.*6°.*de simp.med.fac.* 5ª.43.G
*Medicamentis refrigeratæ partes perfricantur, vt calor reuocetur & fiat rarum quod frigore erat densum.*3°.*de temp.* 1ª.22.A
*Medicamenta quo modo infrigidenr.*1°.*de comp.med.per ge.*5ª.211.H
*Medicamentum Fuscum.*5°.*de comp.med.per gen.* 5ª.253.H
*Medicamentũ quo sæpe vsus est Galenus.*1°.*de cõp.me.se.lo.*5ª.130.D
*Medicamentum Galeni cirrhum dictum, ad vulnera sanguinolẽta.*2°. *de arte cur.ad Glau.* 7ª.106.E
*Medicamentũ siccum Galeni ad oculos.*9°.*de simp.med.fac.* 5ª.67.G
*de Medicamentorum cõpositione secundum genera librum fecit Archigenes.*5°.*de comp.med.sec.loc.*158.G/5°.162.C/8°.196.B/9°. 199.G/10°.206.G/ 5ª.208.G
Medicamentorum compositionem per genera aliàs scripserat Galenꝰ. 1°.*de comp.med.per gen.* 5ª.209.G
*de Medicamentis secundum genera ante librum de arte curandi ad Glauconem, scripsit Galenus.*2°.*de arte cur.ad Gla.* 7ª.107.G
in de Medicamentorum compositione per genera quid agat Galenus. 1°.*de comp.med.per gen.* 5ª.212.H
*Medicamentũ Glutinantius qũo fiat.*1°.*de cõp.med.per g.*5ª.212.G
Medicamenta sicca glutinãt resinæ omnes humiditate & viscositate. 4°.*de comp.med.per gen.* 5ª.240.A
Medicamenta idonea Herpetis extrinsecus.intro. Isa.58.A
*Medicamẽta Humida, et calida qũo debẽt esse.*5°.*de sim.me.f.*5ª.33.A
*Medicamenta Hypoglottidis quæ.*7°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.177.F
Medicamentum Ictericorum purgatorium.de cura ictter. Sp.110.H
Medicamenta ad Iecur.intro. Isa.57.H
*Medicamẽtis Imbecilliorib⁹ indigẽt molles.*2°.*de cõp.m.p g.*5ª.227.H
*Medicamẽtũ quale debet exhiberi teneris.*3°.*de cõp.me.p g.*5ª.232.H
*Medicamenta imbecilliora in superficietenus existentibus morbis.*4°. *meth.med.* 7ª.29.C
*Medicamenta debilia non conueniunt ictericis.de cura ictter.*Sp.110.H
*Medicamenta quæ vim validam non habent, sunt materia aliorũ medi camentorum.*11°.*de simp.med.fac.* 5ª.81.F
Medicamentorum Indefinitis descriptionibus fidem per omnia habere non parum noxæ inferunt: § ergo nec Dioscoridi fidendum.§ 3°. *de comp.med.sec.loc.* 5ª.142.C
Medicamenta ad Impetiginem.intro. Isa.58.B
Medicamenta Implentia extrinsecus.intro. Isa.58.A
*Medicamentis iuuanr Intestina superiora læsa.*6°.*de lo.aff.* 4ª.36.E
Medicamenta Inueniendi via.de venæ sect.aduer.Eras. 6ª.6.D
*Medicamẽta quibꝰ organis inuenta.*6°.*de cõpo.med.per.g.* 5ª.257.B
*de Medicamẽtis qd dicãt Empiricus & rõnalis.*2°.*de sim.m.f.*5ª.11.F
Medicamenta ꝓpe vniuersa ad quæ referunt Empirici. 10°.*de cõp. med.per gen.* 5ª.210.A
*Medicamenta ab alio ad aliud trahunt empirici.*3°.*met.me.* 7ª.17.C
*Medicamenta multa casu inuenta volunt Empirici.*3°.*de comp.med. per genera.* 5ª.230.H
Medicamẽta ex ĩsõnijs turpiter se accipe ꝓfitẽtes.d th.ad Pi. 5ª.90.E
Medicamentum somnians quidam didicit, a Deo monitus per quietẽ. 11°.*de simp.med.fac.* 5ª.78.B
*Medicamenta Deorum manus.*6°.*de comp.me.sec.lo.* 5ª.173.B
*Medicamẽta a fortuna se accipe turpiter ꝓfitẽtes.de th.ad Pi.*5ª.90.E
*Medicamẽtis quæ fortuna administrat.de venæ sec.aduer.Era.*6ª.7.G
*ad Medicamentorum copiam parandam quantum valeat rationalis methodus.*6°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.166.G
*Medicamentum per rationem inuentum præstat illi, quod per experiẽ tiam est inuentum.*6°.*de comp.med.sec.loc.* 5ª.166.G
q̃ Medicamẽtorũ rõ fuerit apud Aegyptios ꝑter herbas.intr. If.50.G
*Medicamenta qũo experiẽtia inuenit Gal.*4°.*de cõp.me.p g.* 5ª.239.H
Medicamentum ad Lapidem in fine Menses Maij, & in principio Iunij.de cura lap. Sp.112.A
Medicamentum ad lapidem extrahendum.de cura.lap. Sp.112.B
Medicamentum ad lapidem.secret. Sp.102.D
*Medicamenta qũo Lauanr & dealbantur.*2°.*de simp.med.f.*5ª.12.H

Medicamẽta ꝙ aquę miſceri nõ patiuntur, lauanda.2°.de ſim.m.f. 5ª.12.H
Medicamenta quæ excalfieri & fundi ſuſtinent, lauanda, & quo modo.2°.de ſimp.med.fac. 5ª.13.A
Medicamentis morſum tollit lotio.6°.met.med. 7ª.38.C
Medicamẽta laxãtia qd faciũt particulis.1°.de cõ.m.per g. 5ª.212.D
Medicamentis non habentibus adſtringentia, partes eſſaminant.1°. de comp.med.per gen. 5ª.212.C
Medicamenta ad Lepram.intro. Iſa.58.B
Medicamenta ad Leucen.intro. Iſa.58.B
Medicamenta ad Lienem.intro. Iſa.57.H
Medicamenta Liquida multis moleſta vulneribus.2°.de compo.medi. per gen. 5ª.231.A
Medicamenta Locatia eſſe, id eſt quæ a particularibus ducant membris, certum.de catbar. Sp.94.H
de Medicamentis ſecundum locos ante methodum compoſuerat Galenus.14°.meth.med.88.G/2°.de arte cura.ad Glau. 7ª.107.G
Medicamento, vel ſectione, vel vtroq; primo præparandũ eſt corpus. 4°.de comp.med.per ge. 5ª.236.C
Medicamenta varia quo modo ſint applicanda in affectibus diuerſis. 7°.de comp.med.per gen. 5ª.264.C
Medicamentorũ applicãdorũ vis quãta eſſe debeat.3°.de tem.1ª.25.B
Medicamentum in parti mutatę, vel alteri imponendum. 3°.de cõpo. med.per gen. 5ª.228.D
Medicamentum non dimittendum, etiam ſi per multos dies agere non videatur.1°.de comp.med.per gen. 5ª.212.B
Medicamentum applicatum vbi mutare volueris, primo partem oleo ſimplici lauato.7°.de comp.med.per gen. 5ª.264.C
Medicamenta vario modo, æſtate, & hyeme applicanda. 2°.de arte cur.ad Glau. 7ª.101.G
Medicamentum ad Lumbricos latos.intro. Iſa.58.A
Medicamẽtũ Macedonicũ p phlegmone in adenibus.13°.m.m.7ª.81.B
Medicamentum Macedonicum ad cruſtas excidentes.2°.de arte cur. ad Glauc. 7ª.107.B
Medicamẽtum Machærionis, cruſtas optime diſcumpit.2°.de arte cura.ad Glau. 7ª.107.B
Medicamenta Media quæ ſint.8°.de comp.med.ſec.lo. 5ª.195.E
Medicamẽta media qualia.7°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.179.H
Medicamenta media quo componãt.6°.de compo.me.ſe.loc. 5ª.168.B
Medicamenta Mediocria ad materias craſſas atrabilarias. 14°.methodi medi. 7ª.89.H
Medicamenta ad Melãcholiã educẽdã.de mel.ex G.R.& P. Sp.110.A
Medicamenti melini confectio.2°.de comp.me.per ge. 5ª.222.G/H
Medicamentum vnum quo modo altero melius ſit.6°.de compo.med. per gen. 5ª.170.C
Medicamẽtorũ nõ põt dici alio potius.7°.de cõp.m.per ge. 5ª.264.H
Medicamenta Metallica Galenus collegit quæ ſatis eſſent in vita ſua, cũ in Syriam nauigauit.9°.de ſim.me.fa. 5ª.69.B
Medicamenta ex metallis ad nervos vulneratos. 3°.de comp.med.per genera. 5ª.232.B
Medicamenta quo ordine ingrediantur in metallicorum ſimplicia.2°. de comp.med.per gen. 5ª.223.H
Medicamenta miſta cur inuenta.8°.de ſimp.med.fa. 5ª.188.A
Medicamenta quomodo miſcenda.6°.de comp.me.ſe.loc. 5ª.173.C
Medicamenta quo cõficiẽda vt bñ miſceant.4°.de cõp.m.pg. 5ª.239.C
Medicamenta miſta debent ſibi inuicem conſentire. quos purga.op. quib.med.& quo temp. 5ª.89.C
Medicamenta quo modo miſta faciant qualitates æquales.1°.de cõpo. med.per gen. 5ª.210.E
Medicamenta miſta reducuntur ad vnam tertiam formam per vnianem.de ther.ad Piſ. 5ª.94.C
Medicamentum idem quo modo alijs miſtum faciat diuerſos effectus. 1°.de comp.med.per ge. 5ª.211.E
ad Medicamenta cõparatio gemellorũ ſimilium.1°.de anti. 5ª.105.B
Medicamenta æſtate ſunt cõtẽpanda oleo roſacro.6°.met.me. 7ª.38.E
Medicamenta hyeme ſunt cotẽperãda oleo ſabino.6°.met.m. 7ª.38.E
Medicamenta Mitia, quæ.4°.de comp.med.per ge. 5ª.238.G
Medicamenta mitigantia.2°.de comp.med.ge. 5ª.220.D
Medicamenta moderata quæ ſint.6°.de cõp.med.ſec.loc. 5ª.176.G
Medicamẽta mitiora exigũt mollia corpa.7°.de cõp.me.p g. 5ª.268.G
Medicamenta mollificantia verbum.2°.de arte cur.ad Gla. 7ª.103.H
Medicamenta debent eſſe molliora hyeme, duriora æſtate. 7°.de cõp. med.per gen. 5ª.268.F
Medicamentum quibus molliendũ.4°.de comp.med.per gen. 5ª.238.G
Medicamẽti Molochini cõficiẽdi mod.2°.de cõp.me.per g. 5ª.220.H
Medicamentum Morſus expers vlcus purum ſeruat. 2°.de comp.me dic.per gen. 5ª.227.A
Medicamentum Muſæ.5°.meth.med. 7ª.34.B
Medicamentum Muſæ ad quæ valeat.5°.meth.med. 7ª.34.B
Medicamenta ad Neruorum reſolutiones extrinſecus.intro. Iſa.58.A
Medicamentum ad neruos vulneratos odoratum & ſumptuoſum.3°. de comp.med.per gen. 5ª.234.E
Medicamenti ad neruos præciſos componendi ordo.3°.de comp.medi. per gen. 5ª.234.B
Medicamentum ex Nitro, quo nullum vehementius in arte medica.3°. de loc.aff. 4ª.15.H
Medicamẽta ad Oculos extrinſecus.intro. Iſa.58.A
Medicamenta ad Opiſtothonos extrinſecus.intro. Iſa.58.B
Medicamentum non poteſt dici Optimum nec peſſimum, niſi per relationem.2°.de comp.med.per gen. 5ª.119.C
Medicamentũ optimum quodnam ſit.1°.de cõp.med.per gen. 5ª.215.C
Medicamentum optimum ad multas affectiones inuenire impoſſibile eſt.8°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.190.D
Medicamentorum Ordo.7°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.269.H
Medicamentum confectum ex Origano & ſapa.de cucur.ſca. 6ª.4.E
Medicamentorum gradus ponit pro Oris affectibus.6°.de comp.med. ſec.loc. 5ª.171.F
Medicamẽta qũo a Partibus denominata.5°.de ſimp.me.fa. 5ª.38.D
Medicamentũ quod in altũ penetrat, quale.3°.de cõp.m.pg. 5ª.228.D
Medicamenta aliqua cur non eunt in profundum.3°.de temp.1ª.23.A
Medicamenta, vt altius deſcendant, cutim frica, vt rubeſcat.14°. meth.med. 7ª.93.D
Medicamenta facit celeriter tranſire mel.4°.meth.med. 7ª.29.A
Medicamento aliquo cum volumus oſſa cranei pertranſire, quid agẽdum.11°.meth.med. 7ª.73.E
Medicamenta qbus Galen° in Pectore pforato vtit.5°.me.m. 7ª.33.C
Medicamentum Philippi.7°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.184.G
Medicamen ex Plantis.5°.de comp.med per gen. 5ª.253.A
Medicamenta ad Podagras extrinſecus.intro. Iſa.58.B
Medicamen Polyſſomi ad Podagras.6°.de cõp.med.per ge. 5ª.261.F
Medicamentum ex Pompholyge in roſacco pro neruo detecto.6°.methodi med. 7ª.38.B
Medicamenti Potio facit aliquid albi apparere in oculis dormientiũ. com.6°.aph.52°. Ex.53.A
Medicamenti potio exiccat totum corpus, & vires debilitat.com.6°. aphor.52°. Ex.53.A
ex Medicamenti potione conuulſio letalis eſt.c.6°.aph.25°.Ex.53.A
Medicamentũ epotũ ſanat dolores oculorũ.cõ.6°.aph.31°. Ex.49.C
Medicamẽta Probata cur nolũt ſeq medici.5°.de cõp.m.p g. 5ª.224.A
Medicamenta eiuſdẽ generis quæ exiſtimanda meliora, ſtatũ eſt quærere.6°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.173.A
Medicamẽta dña reſpectu ad aliud dicunt.6°.de cõp.me.ſe.l. 5ª.173.A
Medicamenta omnia habent detrimentum & emolumentum.6°.de cõpoſi.med.ſec.loc. 5ª.173.A
de Medicamentis iudicauit Galenus accerſitus a medicis. 6°.de cõp. med.ſec.loc. 5ª.173.B
Medicamenta omnia Profluuiorum non adſtringunt, contra Herodotum & Dioſcoridem.1°.de ſimp.med.fac. 5ª.8.A
Medicamenta Profluuij capillorum quid agere debẽt.1°.de cõp.med. ſec.loc. 5ª.125.E/F
Medicamentum tendens ad pulmonem, per quot partes tranſeat.2°. de arte cur.ad Glau. 7ª.103.A
Medicamentum Purgans quid ſit.de fract.com.3°. 7ª.242.D
Medicamentũ purgans, ergo eſt ẽt non purgas.c.6°.aph.47°.Ex.52.B
Medicamenta purgantia.intro.57.H/ Iſa.58.A
de Medicamentorum purgantium facultatibus librũ fecit Galenus. 13°.meth med. 7ª.82.B
Medicamenta purgantia habent duplicem ſimilitudinem, vnam actu, aliam potentiam.3°.de ſimp.med.fac. 5ª.25.E
Medicamenta purgãtia pfectiſſim quæ, & qualia.de catbar.Sp.94.F
Medicamenta ſunt contraria naturis quæ purgant.de vict.ra.in mer. acu.com.2°. 7ª.118.D
Medicamẽtũ oẽ purgatoriũ attrahit aliquẽ humorẽ.2°.de elem.1ª.9.D
de Medicamẽtorũ attractione Aſclepiadis opinio. 2°.de elem.1ª.9.B
de Medicamentorum ductione.1°.de elem. 1ª.294.A

Medicamentorum diuer-

Medicamẽtorũ diuerſitas rõne humorũ et partiũ corpis.d cat.S.95.A
Medicamenta euacuant proprios humores.8°.de decr.Hip.1ª.276.C
Medicamenta trabere proprium humorem oſtendunt ſuperfluæ purgationes.2°.de elem. 1ª.9.E
Medicamentum trabens quo modo agat.de cathar. Sp.94.D
Medicamẽta quomodo humores trahunt.de purg.med.fac. 5ª.86.H
Medicamenta trahentia quos humores per ordinem trahant.3°.de ſimpli.med.fac. 5ª.23.G
Medicamentum omne primo trahit humorem ſibi peculiarem.de atra bile. 1ª.36.B
Medicamentum primum crodit proprium humorem,poſtea alios, ſed primo eos,qui facilius ducuntur.de nat.hum.com.1°. 1ª.31.F
Medicamento vnicuique ineſt quædam potentia naturalis attractiua. 2°.de elem.1ª.9.H/de ter.ad Piſ. 5ª.90.G
Medicamenta purgantia ſunt familiaria humoribus quos purgant.3°. de ſimp.med.fa. 5ª.23.D
Medicamenta trahunt ob familiaritatem.5°.de ſimp.med.fa.5ª.37.E
Medicamenta purgantia ſunt efficaciora humoribus quos purgant, vt magnes ferro.3°.de ſimp.med.fac. 5ª.23.D
ad Medicamẽtũ cõparatio rerum q̃ attrahant.de cath. Sp.94.H
Medicamenta qũ trahunt a partibus longinquis.de cathar.Sp.94.H
Medicamenta promptius a propinquiori purgant.4°.met.me. 7.28.C
Medicamenta quæ aquam trahunt,qualia ſecundũ antiquos.de purg. med.fac. 5ª.86.H
Medicamenta bilem flauam & atram educentia,qualia eſſe debent.de purg.med.fac. 5ª.86.H
Medicamentum purgatorium melancholiæ.de dyn. Sp.24.E
Medicamẽta ſuo cuiq; humori propria ſunt dãda, aliter non cõferũt, ſed lædunt.de atra bile. 1ª.37.E
Medicamentum a tota ſubſtantia agens non a qualitate.8°.de compo. med.ſec.loc. 5ª.195.G
Medicamenta quæ tota ſubſtantia educunt.de ther.ad Piſ. 5ª.90.F
Medicamento & iecori quo modo idem os & oſtium diuerſis temporibus deſerunt.3°.de nat.fac. 1ª.306.C
Medicamento euacuatur plenitudo.de venæ ſect.adu.Eraſ. 6ª.19.A
Medicamenta quo modo euacuent tardius, & citius diuerſos humores.de vic.rat.in mor.acu.com.2°. 7ª.118.B
Medicamenta quæ longo tempore agunt,cur ſunt in vſu medico.4°.de comp.med ſec.loc. 5ª.150.B
ad Medicamentum exhibendum intentiones.cõ.4°.aph.2°. Ex.27.F
Medicamenta non omnibus conueniunt.4°.de ſan.tu. 2ª.83.A
Medicamentum vnum non poteſt omnibus conuenire,ſed oportet medium eſſe.2°.de comp.med.per gen. 5ª.218.H
Medicamentum idem omnibus hominibus non conuenit,quia multum differunt.3°.de comp.med.per gen. 5ª.232.D
Medicamentum vnum non poteſt omnia curare, ſed bene duo. 4°.de comp.med.per gen. 5ª.235.H
Medicamenta duo contraria facultatibus debent haberi in omni affectu.6°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.173.B
ex Medicamentis duobus cõtrarijs vni affectui,ſit medicamẽtũ optimum illi affectui.6°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.176.H
Medicamenta & antiqui dabant per contrariam naturam.11°.de ſimpli.med.fac. 5ª.82.A
Medicamẽta quæ ĩdigẽt cõtrarijs.1°.de cõp.med.per ge.5ª.210.D/E
Medicamento purgari quibus conuenit.com.6°.aph.47°. Ex.52.B
Medicamenta quando danda,& quomodo ſint præparandi, qui ea accipere debent.com.1°.aph.24°. Ex.10.G
Medicamentum dabat Galenus,& ſanguinem mittebat non expectata coctione.11°.de ſimp.med.fac. 5ª.78.A
Medicamenta exhibendi tempus.introd.Iſa.58.A/6°.meth.med.37.C/11°.7ª.70.A/de ſper. Sp.39.G
Medicamentum q̃n debeat dari,& quando nõ.c.1°.aph.22°.Ex.10.C
Medicamentum dandum in humorum corruptela. quos purg.op.qui.me.& quo temp. 5ª.88.B
Medicamentum nihil efficit,natura ad vrinam vergente. quos purg. op.quib.med.& quo temp. 5ª.89.B
Medicamentum ne prebeto,cum vrinæ ſunt a principio tenues.de vri. ſign.ex Hip. Sp.79.A
Medicamẽtis gnoſis ne vtaris,q̃n morium̃ ægri.12°.met.me.7ª.75.H
Medicamentum non valet, niſi in tempus debitum, & in temperaturis conuenientibus.de med.exper. Sp.106.F
Medicamẽta nihil ſunt niſi eorũ vſus ſit rect°.6°.de cõ.m.ſ.l.5ª.173.B
Medicamẽta nõ agũt,niſi medicus dextre vtat.6°.met.me. 7ª.38.A
Medicamentorum dexter vſus,qualis.6°.meth.med. 7ª.38.A
Medicamenti vi morbi qui ſanantur in principio,carent reliquis trib⁹ temporibus.de opt.ſecta. Iſa.29.D
Medicamenta quæ conueniunt in vno periodo ægritudinis, non conueniunt in alio.de ſper. Sp.39.H
Medicamina febrem quandoque faciunt.1°.de diff.feb. 3ª.31.C
Medicamenta euitanda in acutis morbis,cum febre vehementiſſima. de vic.rat.in mor.acu.com.2°. 7ª.118.B
Medicamenta non exigit febris,cur tamen in febre exhibeantur,cum ſint calida.quos purg.op.quib.med.& quo temp. 5ª.88.G
Medicamentum etſi calidũ ſit,& febris calida,tñ ſit maius iumentum ex ipſo,licet cõtraria ſit caliditas.cõ.1°.aph.24°. Ex.10.F
Medicamentum nullum ſorte exhibendum in quartana febre. de arte cur.ad Glau. 7ª.97.F
Medicamenti quantitas ignoratur.de cur.ra.per ſang.miſſ. 6ª.18.H
Medicamẽtum purgatoriũ quo dari debet.com.2°.aph.8°. Ex.12.A
Medicamentum quo modo debes dare,cum ignoras naturam ægri. de vict.rat.in mor.acu.com.2°. 7ª.118.C
Medicamenta ſciri non poſſunt ignorata corporis ægrotantis intemperie.2°.de nat.fac. 1ª.301.B
Medicamenta aliqua cur intro ſumpta maximum faciunt malum, nõ extra.3°.de temp. 1ª.23.A
Medicamenta aliqua cur intro ſumpta quandoq; lædunt, quandoque proſunt.3°.de temp. 1ª.23.A
Medicamenta intro ſumpta tempore,quantitate,mixtura, conferunt, intempeſtiue lædunt.3°.de temp. 1ª.23.B
Medicamenta omnia aliquid mali faciunt præter Caſtoreum. 11°.de ſimp.med.fac. 5ª.80.D
Medicamẽta aliqua cur ũ° et extra applicata lędũt.3°.de tẽp.1ª.23.A
Medicamenta purgantia ventriculũ lædunt,& potiſſimum os eius, et cur.quos purg.op.quib.med.& quo temp. 5ª.89.C
Medicamẽta purgantia omnia,os ventris,& ventrem lædunt.de vic. ra.in mor.acu.com.2°. 7ª.118.A
Medicamentum anteq̃ exhibeatur,quando primo os ventriculi roborandum.1°.de arte cur.ad Gla. 7ª.98.B
Medicamentum quo modo non lædat os ventriculi. de vict.ra.in mor. acu.com.2°. 7ª.118.D
Medicamenta illa danda ſunt,quæ ſi non proſint,ſaltem non obſint.1°. de comp.med per gen. 5ª.216.C
Medicamenta pp qd inſuauia ſint.de vi.ra.in mor.acu.c.2°.7ª.118.A
Medicamenta nõ debent eſſe inſuauia.6°.de cõp.med.ſe.l. 5ª.167.A
Medicamenta inſuauia quid faciant & quibus corrigantur. 1°.de cõpo.med.per gen. 5ª.210.F
Medicamenta debent fieri iucundiſſima ſed ſeruata eorum virium vtilitate.4°.de ſan.tu. 2ª.86.F
Medicamentum quomodo iucundum dicatur.4°.de ſimp.me.ſ.27.A/7°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.182.E
in Medicamentis cur ponatur odor.8°.de comp.me.ſec.loc. 5ª.190.B/de vic.rat.in mor.acu.com.2°. 7ª.118.A
Medicamentis quæ miſcenda, vt ventriculus non euertatur propter malum ſaporem.3°.de ſimp.med.fac. 5ª.20.C
Medicamentis purgantibus cur olentia admiſceantur, & qualia olentia.quos purg.op.quib.med. 5ª.89.C
Medicamentis purgantibus quæ ſint miſcenda odorata aromata.8°. de comp.med.ſec.loc. 5ª.190.B
in Medicamẽtis quid agat Aloe.de med.exper. Sp.104.B
Medicamenta purgãtia ſũt cacoſtomachica ꝑter aloẽ.de dy.Sp.20.H
in Medicamentis quid ualet Aniſum.de med.exper. Sp.104.B
Medicamẽtis cur miſceantur aniſum,apium,& abſinthium.8°.de cõpo.med.ſec.loc. 5ª.190.B
in Medicamentis quid agat Cinnamomum.de med.exper. Sp.104.A
Medicamenta cum carne mali cydonij quãdoq; exhibebant. 3°.de ſimpli.med.fac. 5ª.20.C
per Putredinis excellentiam differt peſtilentis febris calor ab aliarum calore.in 6ᵐ.de morb.vulg.com.1°. 3ª.159.F
Putredinis principium in peſtilentia vnde.1°.de diff.feb. 3ª.32.B
ſine Putredine febris ex ſiccitate ſanatur frigidis,& humidis.10°.methodi med. 7ª.64.D
in Putredinem facile vertitur plenitudo quò ad vires.de curan. ra.p ſang.miſſ. 6ª.17.A
Putredo humorum eſt cauſa antecedens.11°.meth.med. 7ª.70.C
Putredo cauſa,& effectus ſimul.11°.meth.med. 7ª.71.C
Putredo maligna hũorũ facit morbos piculoſos.c.4°.aph.43°.Ex.32.F
Putredo humorum videtur corrũpere propinqua capitis terribiliter. in 3ᵐ.de morb.vulg.com.3°. 3ª.142.E
Putredo ab eryſipelate.com.7°.aph.20°. Ex.55.D
in Putredinem vel in gangrenam terminatur inflãmatio.de totius morbi temporibus. 3ª.89.H
Putredo circa vlcera quando ſignificetur in difficultatibus inteſtinorum.com.6°.aph.3°. Ex.46.F
Putredo poteſt eſſe abſque vlcere.com.6°.aph.45°. Ex.51.F
Putredo viridis χλωρὸ.in 1ᵐ.prorrh.com.3°. 4ª.180.A
Putredo an ſit in ſuccis cognoſcitur ex pulſu,vrina,& calore.10°.methodi med. 7ª.63.D
Putredinis inditium eſt graueolentia.in progn.com.1°. 4ª.197.B
a Putredine indicatio quæ,& vnde ſumatur.11°.meth.med.7ª.69.D
a Putredine indicationes duæ.11°.meth.med. 7ª.70.D
Putredo antequam incipiat vena incidenda.9°.meth.med. 7ª.56.G
Putredo non curatur per ſanguinis miſſionem.11°.meth.me.7ª.71.G
Putredini quid contrarietur.11°.meth.med. 7ª.71.E
ad Putredines conueniunt medicamenta,quæ cum eo quod refrigerãt vnà adſtringunt.6°.de ſim.med.fac. 5ª.43.E
Putredines ſanat ariſtolochia rotunda.6°.de ſimp.med.fac. 5ª.43.E
ad Putredines valet aſpalathos.6°.de ſimp.med.fac. 5ª.44.A
Putredines purgat diapenidion minus.de dynam. Sp.26.D
ad Putredines valet lycium.7°.de ſimpl.med.fac. 5ª.54.G
Putredines curat ſuccus mororum.de ſimp.med. Sp.87.G
Putredines curat raphanus.de ſimp.me. Sp.89.F
Putredinibus cõuenit ſabina,vt cupreſſus.6°.de ſimp.me.fa. 5ª.45.E
Putredo in quibus ſuſpecta eſt,in his valet ſalis vſus.11°. de ſimplic. med.facul. 5ª.83.D
ad putredines accõmodat ſalſugo piſciũ ſalſorũ.11°.& ſim.m.f.5ª.83.H
Putredinem purgans.5°.de comp.me.per ge. 5ª.246.E
Putredo in oculo totum oculum exercet.intro. Iſa.58.D

ad Putredines narium confert ſuccus centaureę.de vir.cent. Sp.93.C
Putredo cur cito fiat in ore.6°.de com.me.ſe.lo. 5ª.171.G
Putredinibus oris confert ſuccus centaureæ.de virt.cent. Sp.93.D
ad Putredines oris.6°.de com.me.ſe.loc.171.D/ 5ª.172.D
ad Putredines partium quarundam.5°.de comp.me.per g. 5ª.253.H
Putredines ani mitigat ſuccus centaureæ.de virt.cent. Sp.93.E
ad Putredines.6°.de com.med.ſe.loc.172.D/5°.de comp. me. per ge. 246.E/254.D/6°.255.C/256.D/257.A/ 5ª.259.B
ad Putredinem factum medicamẽtum extemplo in neruo vulnerato. 6°.meth.med. 7ª.37.F
PVTREFACIENDI *vim habent aliqua medicamina.de cauſis morborum.* 3ª.9.D
ad Putrefaciendum extra os,& ſedem aptum eſt aconitum pardalianches.6°.de ſimp.med.fac. 5ª.42.A
PVTREFACIENTIA *ſunt calida poteſtate.3°.de temp.* 1ª.23.F
Putrefacientes ſunt acres ſapores.4°.de ſimp.med.fac. 5ª.29.G
PVTREFACIT *cauſa præter naturam.in progn.com.1°.* 4ª.197.C
Putrefacit humores auſter,& qñ.in 1m.de morb.vul.com.2°.3ª.114.A
non Putrefacit calor abſq; humiditate.3°.de com.me.per ge. 5ª.228.D
Putrefaciunt citra dolorẽ carnem mollem calida in quarto ordine, quę ſunt tenuium partium.7°.de ſimp.med.fac. 5ª.50.D
Putrefaciunt mollia dolorẽ leuantia.3°.de comp.med.per g.5ª.331.G
Putrefacit carnẽ mollem cedrea ſine dolore.7°.de ſim.me.fa.5ª.50.D
Putrefacere non debet medicamentum applicandum vlceri in cãcro. com.6°.aph.38°. Ex.50.E
Putrefacit farina triticea cum oleo.6°.meth.med. 7ª.37.F
Putrefacit veſtes immobilitas.in 3m.de morb.vulg.com.3°.3ª.141.A
PVTREFACTIO *ex quibus fiat.4°.meth.med.* 7ª.27.D
Putrefactio alteratio præter naturam.5°.de ſimp.med.fa. 5ª.33.C
Putrefactio tarde fit in frigidis, breui autem fit in calidis hepatis temperaturis.8°.de comp.med.ſe.lo. 5ª.194.A
Putrefactionẽ nõ fieri ab aliquo hũido,collige.c.6°.aph.38°.Ex.50.E
Putrefactio ſequit obſtructionẽ.8°.de com.me.ſe.lo.193.H/5ª.194.G
Putrefactio cur fiat in inflammatione.2°.de criſ. 4ª.138.B
Putrefactio facit impedimentũ in motibus.1°.de mot.muſc. 1ª.308.G
a Putrefactione leuat farina erui cum lixiuio.6°.meth.med. 7ª.37.F
a Putrefactione leuat farina hordeacea cũ lixiuio.6°.me.me. 7ª.37.F
ex Putrefactione partium diminutio.de cau.mor. 3ª.9.D
in Putrefactione ſectionis ordo.5°.de anat.adm. 1ª.87.B
Putrefactiones corrigit Aſpalathus, & crocus. 8°. de compoſitione medic.ſec.loc. 5ª.194.F
ad Putrefactiones oris,& reliqui corporis.5°.de com.me.ſec.lo.165. H/6°.de comp.me.ſe.lo. 5ª.172.D
contra Putrefactionem valens medicamentum.de me.exp.Sp.104.H
PVTREFACTIVA *potentia eſt vna ex potentijs medicinarum oculi.de ocul.* 7ª.189.A
Putrefactiua qualia.de ocul. 7ª.188.F
Putrefactiua valent ſcabiei vetuſtę aſperitati, vngulæ vetuſtæ,& prurigini.de ocul. 7ª.189.C
Putrefactiua curatio quomodo incedat.contra Iulianum. Ex.68.G
in PVTREFACTO *ſanguine an febres contingant.2°. de differentijs febrium.* 3ª.40.A
PVTREFIVNT *promptiſſime calida & humida in locis calidis, niſi difflentur ac refrigerentur.1°.de diff.feb.* 3ª.31.H
Puti eſit dupliciter ſanguis.2°.de diff.feb. 3ª.41.D
ad PVTRESCENDVM *paratos humores ſi habeamus ægri tempore peſtilenti non ſunt nobis viſendi,ne & nos inficiamur, collige.* 1°.*de differentijs febrium.* 3ª.32.B
Putreſcentia nõ pñt dici cõcoqui.de vict.rat.ĩ mor.ac.c.5°.7ª.122.H
Putreſcentia quæ ſint.11°.de ſimp.med.fac. 5ª.83.D
Putreſcentia qualia eſſe debent.9°.meth.med. 7ª.56.D
Putreſcentia oĩa caliditatem acquirunt.4°.de ſimp.me.fac. 5ª.24.H
Putreſcentia vnde id patiantur.3°.de com.me.per ge. 5ª.228.C
Putreſcens ſanguis tranſit in alteram naturam,in bilẽ flauã, vel atrã. 2°.de diff.feb. 3ª.42.F
a Putreſcentibus ſol euitandus.de ijs,quæ in med.fi.cõ.1°. 7ª.202.A
Putreſcentium curatio.6°.de comp.med.per ge. 5ª.255.G
Putreſcentia curari debent ſiccantibus,& refrigerantibus.3°.de cõ. med.per ge. 5ª.228.D
Putreſcens pars cataplaſmate ex lixiuia ſtillatitia,& farina hordei fomenta in contuſionibus neruorum.3°.de comp.me.per g.5ª.229.A
ad Putreſcentes muſculos,& carthilagines in alto corpore. 5°.de cõpo.med.per ge. 5ª.250.G
ad Putreſcentia vtilia.2°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.106.H
ad Putreſcentia.4°.de comp.med.ſec.loc. 5ª.152.D
PVTRESCIBILE *ſemper ad continua habet diſpartitam caliditatem. 1°.de diff.feb.* 3ª.32.H
PVTRESCERE *eſt corrumpere.2°.de diff.feb.* 3ª.40.A
Putreſcunt quæ.in prog.com.1°.4ª.197.C/5°.de ſim.me.fa. 5ª.36.B
Putreſcunt res quot modis.de inæqu.intemp. 3ª.44.D
Putreſcunt quæ facile.de tum.præter naturam. 3ª.83.C
Putreſcunt quæ corpora.11°.meth.med. 7ª.68.G
Putreſcunt omnia medicamenta putredine necantia non ſtatim in ventre ſed temporis ſpatio,at contrario modo ſe habent refrigerantia, temporis enim ſpatio debilitantur.3°.de ſimp.med.fac. 5ª.22.B
Putreſcunt promptiſſime calida,& humida niſi difflentur ac refrigerentur.1°.de diff.feb. 3ª.31.H
Putreſcunt omnia magis cum fuerit humidior locus,et calidior.3°.de ſimp.me.fa. 5ª.22.B
Putreſcunt facile calida humida in locis calidis.de curan.rat. per ſanguinis miſſionem. 6ª.16.G
cum Putreſcunt calida,fiũt calidiora.de cur.ra.per ſan.miſ. 6ª.16.H
Putreſcunt res & a quibus.de cau.mor. 3ª.9.C
ne Putreſcant veſtes cum tempus eſt humidum & calidum quatuntur.in 3m.de morb.vulg.com.3°. 3ª.141.A
Putreſcit cibus nõ ſupatus a naturali calore.d cu.ra.p ſan.mi. 6ª.16.H
Putreſcit neceſſario, ſcilicet peritoneum omentum ſi excidat.com.6°. aphor.58°. Ex.53.F
Putreſcũt leuiſſime pubes,& pudẽda.in 3m.de mor.vul.c.3°.3ª.42.F/ 5°.meth.med. 7ª.31.D
Putreſcãt qñ diſtillãtes humores.in 1m.de mor.vul.com.1°.3ª.105.F
Putreſcit humor non bene diffiatus.1°.de diff.feb. 3ª.32.A
Putreſcunt humores quandoque in toto corpore,quandoq; in ſolis vaſis com.4°.aph.37°. Ex.32.B
Putreſcit neceſſario quandoq; ſanguis.2°.de diff.feb. 3ª.40.A
cur Putreſcunt materię in inflammationibus.2°.de diff.feb. 3ª.41.C
Putreſcunt oſſa & quomodo.de fract.com.3°. 7ª.246.H
Putreſcere quæ non poſſunt.11°.de ſimp.med.fac. 5ª.83.D
Putreſcit nihil penitus ſiccum.in 3m.de morb.vul.com.3°.3ª.141.A
Putreſcunt tardius frigida.in 3m.de mor.vulg.com.3°. 3ª.141.A
Putreſcere corpus facientibus medicaminibus aduerſatur ſordiũ.1°. de antidotis. 5ª.105.F
cur Putreſcat aqua pluuialis citiſſime omnium.de bo.aquæ. Sp.75.F
PVTRIDORVM *ciborũ odores varij & cur.3°.de ſym.cau.* 3ª.25.D
Putridas ſuperfluitates generant ſiccæ ficus.de diff.cont. Sp.74.B
PVTRIDARVM *febrium differentiæ.11°.meth.med.* 7ª.69.D
Putridarum febrium ſex differentiæ.2°.de diff.feb. 3ª.39.F
in Putridarum genere ſunt febres ob inflãmationẽ.10°.me.m.7ª.64.C
Putridarum febrium tot differentiæ,quot formæ in vrinis apparẽt.1°. de diff.feb. 3ª.33.C
Putridæ ſunt lypiriæ,& hepialæ.1°.de diff.feb. 3ª.34.A
Putrida febris ardens.1°.de diff.feb. 3ª.34.A
a Putridis ephemeræ differentia quæ.1°.de diff.feb. 3ª.33.D
in Putridam poteſt tranſire diaria.9°.met.me. 7ª.53.G
in Putridã trãſit diaria ex obſtructione ſi ſequatur.9°.me.m. 5ª.58.B
in Putridam cur tranſeat diaria.10°.meth.med. 7ª.61.E
in Putridam febris ephemeræ conuerſa ſigna.1°.de diff.feb. 3ª.33.F
Putridarum febrium inditia.1°.de diff.feb. 3ª.33.F
Putridarum febrium caliditas qualis.1°.de diff.feb. 3ª.33.H
Putridum expirantium conſuetudo non ſecura.1°.de diff.feb. 3ª.31.C
Putridarum febrium pulſus.1°.de differentijs febrium.3ª.33.H/3°. de præſag.ex pulſ. 4ª.117.H
in Putridis pulſus durus quando.1°.de dif.feb. 3ª.34.C
Putridarum febrium vrinæ.1°.de diff.feb. 3ª.34.A
in Putrida febre indicatio.11°.meth.med. 7ª.69.D
in Putridis agẽdorũ indicatio a tribus ſumitur.10°.meth.me.7ª.61.E
Putridæ habent prouiſionẽ,quæ cauſam remouet.11°.me.m.7ª.68.D
in Putrida ſanguis mittendus conſtantibus viribus.11°.me.me.7ª.71.F
in Putrida febre non vtitur balneo,& relaxantibus Galenus, niſi poſt purgationem.11°.meth.med. 7ª.73.D
Putrida coniuncta hecticæ balneum prohibet.10°.meth.me.7ª.66.G
in Putrida febre exemplum medicationum.11°.meth.me. 7ª.68.G
Putridi humores in cinerem vertuntur.2°.de diff.feb. 3ª.41.D
Putridꝰ ſanguis eſt ſanguis cũ putredine miſſus.10°.d ſim.m.f.5ª.72.F

Putrides

Putredis morbis & carbunculis quæ vrbes sint obnoxiæ. in ǂ^m. de morbis vulg.com.1°. 3ª.103.F
Putrida pars debet incidi.13°.meth.med. 7ª.81.E
Putrida præcisa inurebant.in 3^m.de morb.vulg.com.3°. 3ª.142.F
Putrida vlcera quæ sint,& quid,& quo modo,& ex quo fiant.cō.6°. aph.45°. Ex.51.F
ad Putrida vlcera.3°.de comp.med.se.lo. 5ª.148.A
ad Putrida quæ conueniant.4°.de com.med.per ge. 5ª.242.F
Putrida adiuuat anagallides.6°.de simp.med.fac. 5ª.42.H
PVTRILAGO *in humidis nascitur corporibus.4°.de simplicium medicamentorum facul.* 5ª.30.C
PVTREM *parriculam habentis casus.6°.meth.med.* 7ª.37.F
PYCNOCOMI *vires quales.8°.de sim.med. facul.* 5ª.59.D
Pycnocomi folia phymata,& furunculos discutiunt,palos, & alia id genus infixa ad extimam cutem elicit.8°.de simp.med.fa. 5ª.59.D
Pycnocomi radix bilem flauam purgat.8°.de simp.med.fa. 5ª.59.D
Πυκνωτικὰ *medicamenta.i.condensantia.5°.de simp.me.fa.* 5ª.35.H
Πυκνοῦ,& ταχέως *vsus.de vict.rat.in morb.acut.com.3°.* 7ª.132.E
PYELI qui.7°.meth.med. 7ª.44.E
PYLIDES sedis affectus.introd. Isa.59.D
Πυλωρὸν *quid vocent græci.intro.* Isa.54.D
Pyloron imus terminus ventriculi.6°.de anat.adm. 1ª.91.F
Pyloron locus quo ventriculus cum intestino coniungitur. 3°.de naturalibus facultatibus. 1ª.303.E
Pyloron inferior terminus ventriculi situm habet prope iecur ad dexteram.de ven.art.diss. 1ª.55.H
Pyloron quid faciat ventriculo.8°.de vsu par. 1ª.170.D
Pyloros in ventriculo factus est,qui retardet descensum chyli. 4°. de vsu partium. 1ª.139.B
Pyloron aperit ventrem cum est satur,& superfluum transmittit. 4°. de sanita.tuen. 2ª.88.B
Pyloron clausum est,vt os vteri quando cibus est in ventriculo. 3°. de naturalibus fac. 1ª.303.E
ad Pyloron mittitur alimentum introd. Isa.54.E
ad Pyloron bilis meatus ex vesica.6°.de anat.adm. 1ª.93.C
PYOSIS affectus iridis oculorum.intro. Isa.58.D
PYRACINVM. 7°.de comp med.per ge. 5ª.273.C
PYRAMIDIS *forma ex quibus composita.8°.de decre.* 1ª.274.G
PYRENOIDES *vertebra.de ossi.* 1ª.41.H
PYRETHRVM *quid.de simp.med.* Sp.88.H
Pyrethrum cur vocet Nauplion euboicū.9°.de com.me.f.l. 5ª.201.C
Pyrethri asparagus est humidior,q̄ folia.2°.de alim.fac. 2ª.24.A
Pyrethrum obsonium sponte prouenies.2°.de alim.fac. 2ª.25.D
Pyrethrum manditur vt cibus.de atten.vic. 2ª.44.A
Pyrethrum fame comeditur.2°.de alim.fac. 2ª.22.C
Pyrethrū a rusticis in muria,vel aceto seruatur.2°.de ali.fa. 2ª.22.C
Pyrethrum parum nutrit.2°.de alim.fac. 2ª.22.C
Pyrethrum proportione rīdet aeri calidiori.2°.de sim.me.f. 5ª.15.G
Pyrethrum calidum.3°.de temp. 1ª.21.G
Pyrethrum nobis admotum videtur calidum.3°.de temp. 1ª.21.H
Pyrethrum vim habet calefaciendi.1°.de simp.med. fac. 5ª.2.C
Pyrethrum acre.de atten.vic.2ª.43.H/6°.de cō.me.per g. 5ª.256.F/ *de vict.rat.in morb.acut.com.4°.* 7ª.135.C
à Pyrethro experimētū sumēdū à acredine.4°.de sim.me.fa. 5ª.26.B
Pyrethrum ad quid vtile.de cucur.& scar. 6ª.4.F
Pyrethrū bēt facultatē īcidēdi vbi cōmaturuerit.de att.vi. 2ª.44.A
Pyrethrum attenuat.de atten.vic. 2ª.43.H
Pyrethrum fortiter calfacit dum gustatur.4°.de sim.med.fa. 5ª.29.D
Pyrethrum gustu excalfacit vehementer,salivā copiosam prouocat, efficaciter relaxat,& calefacit acriter.de simp.med. Sp.88.H
Pyrethrum excalfacit.5°.de simp.med.fac. 5ª.32.A
Pyrethrum exiccat.2°.de simp.med.fac. 5ª.16.C
Pyrethrum dētes refrigeratos mitigat,stupidos & resolutos adiuuat. 8°.de simp.med.fac. 5ª.59.D
Pyrethrum mordicat carnem.4°.de simp.med.fa. 5ª.29.D
Pyrethrum discutit nec sumptuosum est discussoriū pro pauperibus. 6°.de comp.med.sec.lo. 5ª.169.D
Pyrethrū,& piper palpitationis remedia.de trem.& palp. 3ª.52.G
Pyrethrum ad rigores cum oleo. 8°.de simp.med.fac. 5ª.59.D
Pyrethri radix caustica.8°.de simp.med.fac. 5ª.59.D
Pyrethrum vrere potest.5°.de simp.med.fac. 5ª.38.F
Pyrethri radices pituitam purgant.de dynam. Sp.22.A
Pyrethri dosis & quibus miscetur.de dynam. Sp.22.A
Pyrethrum purgat caput & nares.de cathart. Sp.95.B
Pyrethrum medicamentum apophlegmaticū.de rem.par.fa. 7ª.154.F
Πυρετὸς *quomodo fiat.de curan.rat.per sang.miss.* 6ª.17.A
PYRIASTEN *lac quod vocent.3°.de alim.fac.* 2ª.28.G
PYRICAVTON *dictum medicamentum.2°. de compositione medicamentorum per genera.* 5ª.224.D
Πυρηνοειδὴς *productio quæ.12°.de vsu par.* 1ª.194.E
Πυρῖνων. *i.nucleorum.de remed.par fac.* 7ª.158.D
Πυριφλεγῆ *quid significet.de vict.rat.in mor.acu.com.4°.* 7ª.142.E
Pyrion meminit.de remed.par.fac. 7ª.163.E
PYRITES *lapis quid,& eius vires.de simp.med.* Sp.86.F
Pyrites lapis acres vires habet confert proprie ad oculorum claritatem.de simp.med. Sp.86.F
Pyritis lapidis vsus & aptatio.2°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.104.C
ex Pyrite lapide in fornacibus fit cadmia.9°.de simp me.fa. 5ª.69.E
Pyrites in Emplastro digerente ponitur.9°.de simp.med. fa. 5ª.67.F
Pyrites lapis pus & cōsistentia grumosa in spatijs intermedijs musculorum nata per halitum digerit.9°.de simp.med.fac. 5ª.67.F
Pyrites lapis extinctus in aceto pro magnis scirrhis.13°.m.m. 7ª.88.B
Pyrites lapis.2°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.104.B
pro Pyrite lapis molaris.13°.meth.med. 7ª.88.B
PYRITIS *dicta nardus quæ.8°.de simp.med.fac.* 5ª.56.H
PYRRHO *auctor philosophiæ scepticæ.de hist.philos.* Sp.2.F
Pyrrhonis laus.de subst.empi. Isa.34.E
Pyrrhon totus integer.de subst.empi. Is.34.D
PYRRHONII *qui.de ijs,quæ in med.fi.com.1°.* 7ª.199.H
Pyrrhonij hæsitatores erant.2°.de nat.fac. 1ª.301.B
Pyrrhonis dubium quod sensus non percipiant propria sensibilia. 2°. de temperamentis. 1ª.16.H
Pyrrhonea dubitatio.1°.de dieb.decr. 1ª.146.A
Pyrrhonei negant haberi scientificā ostēsionē.de cuius.aī pec. 2ª.56.D
Pyrrhoni rudes.de præcogn.ad Post. 4ª.216.C
Pyrrhonica rusticitas tanquam assylum ad quod confugiunt ignari.an sang.in arte. 1ª.62.C
Pyros.i.triticum.8°.de simp.med.fac. 5ª.59.D
Pyri fructus pyrum dicitur.2°.de alim.fac. 2ª.16.C
Pyrorum multiplex genus.2°.de alim.fac. 2ª.19.F
Pyrorum differentiæ ex saporibus.2°.de alim.fac. 2ª.20.D
Pyra sunt frigida.de diss.cont. Sp.74.D
Pyra humida sunt.2°.de alim.fac. 2ª.17.D
Pyra sylvestria acerba sunt.1°.de simp.med.fac. 5ª.9.A
Pyri agrestis fructus acerbus,& dulcis est.4°.de sim.me.fa. 5ª.26.F
Pyra sylvestria acerba dulcedine participāt.4°.de sim.m.f. 5ª.26.H
Pyria sylvestria quo magis coques eo dulciora efficies, & decoctum sit acerbum.3°.de alim.fac. 2ª.32.A
Pyra acerba,& sicca sunt nuper enata, vbi maturuerint dulcia, & progressu temporis humidiora redduntur.4°.de sim.me.f. 5ª.25.F
Pyrorum acerborum decoctum adstringēs moderatū pro gargarismis. 6°.de comp.med.sec.loc. 5ª.172.F
Pyra pontica parum nutriunt.de diss.cont. Sp.73.F
Pyra pontica tarde descendunt.de diss.cont. Sp.74.H
Pyrum adstrictionis particeps.3°.de simp.med.fac. 5ª.21.E
Pyri adstrictio suauis est.3°.de simp.med.fac. 5ª.20.D
Pyra adstringentia quibus aluum subducunt.2°.de alim.fac. 2ª.19.H
Pyra austera subducebant.2°.de alim.fac. 2ª.20.A
Pyra austera comedebat Protas rhetor.2°.de alim.fac. 2ª.20.A
Pyri austeri meminit.12°.meth.med. 7ª.79.A
Pyra magna nutriunt.2°.de alim.fac. 2ª.20.F
Pyra si comedātur matura generāt chymū frigidū.de diss.cō. Sp.74.B
Pyra gñant viscosos,crassos,& frigidos hūores.de pue.epil. 7ª.180.D
Pyra matura dicuntur pepona.2°.de alim.fac. 2ª.17.A
Pyra aquea,terrea,inæqualia.6°.de simp.med.fac. 5ª.43.D
Pyra aquea.i.qualitatis exptia carēt vi roborādi.2°.de ali.f. 2ª.20.E
Pyra tarentina.9°.de comp.med.sec.lo. 5ª.203.A
Pyra eandem habent facultatem cum pomis.2°.de ali.fac. 2ª.20.D
Pyrorum vsus pomorum vsui similis.2°.de alim.fac. 2ª.20.E
Pyris vtimur vt medicamentis.de bon.& vit.suc. 2ª.37.F
Pyra elixa minus obsunt.de atten.vic. 2ª.44.A
Pyra quo modo seruentur exiccata,postea elixantur.2°. de aliment. facul. 2ª.20.E

Pyra ſitim prohibent, deſiccant, & modice refrigerant. 6°. de ſimplic. med. fac. 5ª.43.D
Pyra adſtringunt. 6°. de comp. me. ſe. lo. 5ª.176.F
Pyra quædam adſtringunt euidenter. 1°. de ſimp. me. fac. 5ª.7.H
Pyra ſylueſtria adſtringunt, & exiccant. 6°. de ſimp. me. fa. 5ª.43.D/ *de victꝰ rat. in morb. acut. com. 1°.* 7ª.111.D
Pyra ſtringunt vētrē cū ſlypticitate, & pōticitate. de diſ. cō. Sp. 75.B
Pyrum adſtringens ſanat ſymptomata ſcāmonij. 2°. de ali. fa. 2ª.20.C
Pyra ſtomacho grata. 6°. de ſim. med. fac. 5ª.43.D
Pyris vtimur ad ſtomachi uentriſq; firmitatem ac robur. de bonitate, & vitio ſuccorum. 2ª.37.F
Pyra roborant ſtomachum. 2°. de ſan. tuen. 2ª.99.E/2°. *de comp. med. ſec. loc.* 5ª.133.D
Pyrum ad ventriculum ſubuerſum. de remed. par. fac. 7ª.153.H
Pyrorum cremoris ſorbitio ad ſtomachi ardorem cum ſyncope. 8°. de compo. med. ſec. loc. 5ª.191.H
Pyra pro ſyncopi mediocri. 1°. de arte cur. ad Glauc. 7ª.99.E
Pyris vulnus glutinauit Galenus. 6°. de ſimp. med. fa. 5ª.43.D
Pyra ſylueſtria maiora vulnera glutinant, fluxuſq; repellunt. 6°. de ſimp. med. fac. 5ª.43.D
ex Pyrorū ſylueſtriū ſucco medicamentū. 6°. de cō. me. ſe. l. 5ª.169.A
Pyra non danda epilepticis niſi raro. de puero epile. 7ª.180.C
Pyrus planta agreſtis. 2°. de alim. fac. 2ª.21.H
Pyro ſylueſtri ſimilis oxyacanthos. 8°. de ſimp. med. fac. 5ª.191.H
Pyri folia auſtera. 6°. de ſimp. med. fac. 5ª.43.D
Pyri ſemina tria aut quatuor grana. 2°. de alim. fac. 2ª.16.C
PYSSELAEVM. 7°. de com. me. per ge. 5ª.272.D
PYTHAGORAS Italicæ philoſophiæ princeps. de hi. ph. Sp. 2.G
Pythagoras inſtituit dogma ſtoicum. 4°. de dec. Hipp. 1ª.253.H
Pythagoræ dogma ſcitur ex diſcipulorū ſcriptis. 5°. de dec. 1ª.258.D
Pythagoras nihil reliquit ſcriptum. de nat. humana. com. 6°. 30. H/6°. de decret. Hipp. 1ª.258.D
Pythagoras primus inuenit Zodiaci obliquitatem. de hiſt. phi. Sp. 6.C
Pythagoras haruſpicinam tantum improbat. de hiſto. philoſ. Sp. 10.C
PYTHIONIS *caſus. in 3ᵐ. de morb. vulg. com. 3°.* 3ª.148.G
PYTHICVM *inſcriptum librum fecit Damocrates. 5°. de comp. med. ſec. loc.* 5ª.165.B
Pythij ad dentes motos. 5°. de com. me. ſec. loc. 5ª.165.C
in PYTHO *putei ſunt abundantes aqua æſtate, & non hyeme. de bonitate aquæ.* Sp.75.H
PYTIA. *i. coagulum. 10°. de ſimpl. med. fac.* 5ª.74.D
τὸ Πυτιλίζειν *eſt exercitatio. 2°. de ſan. tuen.* 2ª.73.G
PIVLCON quaſi ſignificet. 5°. meth. med. 7ª.32.G
Pyulca. i. medicamenta trahentia pus. 2°. de com. me. per g. 5ª.221.G
Pyulcum inſtrumentum. 2°. de arte cur. ad Glauc. 7ª.105.H
PYXACANTHON. 7°. de ſim. me. fa. 5ª.54.G
PYXIDIS *arcæ meminit. 2°. de comp. med. ſec. loc. 139. B/4°. 152. H/ 153. A/* 5ª.158.C
Pyxis æris cyprij. 5°. de comp. me. ſe. loc. 5ª.161.F
Pyxis æris rubri. de med. fac. par. 7ª.162.G
Pyxidis argenteæ fit mentio. 7°. de comp. med. ſe. loc. 179. E/ 5ª.186.A
Pyxis cornea. 2°. de compoſitio. med. ſec. loc. 139. A/4°. 5ª.153.C
Pyxis ilicea. 4°. de com. med. ſec. loc. 5ª 152.H
Pyxis lignea ad quæ medicamenta ſeruāda. 6°. de cō. me. ſ. l. 5ª.172.C
Pyxis lignea. 4°. de com. med. per ge. 5ª.243.G
Pyxis lignea irino illita. 5°. de com. med. per ge. 5ª.250.E
Pyxis plumbea, ilicea, vel cyprina. 1°. de com. me. ſe. lo. 5ª.126.E
Pyxidis plumbeæ meminit. 3°. de comp. med. ſecundum lo. 148.C/2°. *de comp. medicamen. per ge.* 5ª.224.F
Pyxis rubra. 6°. de compoſi. me. per ge. 5ª.257.B
Pyxidis vitreæ fit mētio. 7°. de cōp. me. ſe. lo. 179. E/186. A/ 5ª.274.F
PYZARCATVM. de med. fac. par. 7ª.176.G

VADRAGENARIJ *caſus, qui in inteſtinis noxam contraxerat ex ſcammonea. 11°. meth. med.* 7ª.78.G
QVADRAGESIMVS *& octogeſimus dies ſūt decretorij. in 3ᵐ. de morb. vulgar. commentario 3°.* 3ª.123.A
a Quadrageſimo die infra ponit ordinem dierum iudicatoriorum. cō. 4°. a. 36°. Ex. 32. A
Quadrageſimus dies eſt initium morborum longorum, qui non indicantur per ſudorem com. 4°. aph. 36°. Ex. 32. B
poſt Quadrageſimos Hippocrates videtur deſpicere dies. 1°. de diebus decretorijs. 4ª.149.D
Quadrageſimus dies qualis ſit. 1°. de die. decr. 4ª.149.C
Quadrageſimo die qui morbi nō citius finiant. 1°. de dieb. de. 4ª.151.D
poſt Quadrageſimum diem quo modo morbi ſoluantur. 1°. de diebus decretorijs. 149.D/4ª.151.D
QVADRANS *vncias tres continet. 3°. de com. med. per ge.* 5ª.233.G
Quadrantis fit mentio. 3°. de compoſitione med. ſec. lo. 147.E/4°.153. D/7°.185.E/9°. 5ª.199.D
QVADRATVM *quibus conſtat. 8°. de decre. Hipp.* 1ª.274.G
QVADRATI *hōt pulſus moderatos. 1°. de præſag. ex pulſ.* 4ª.106.B
Quadratus factus gracilis, aſſimilis eſt gracilibus natura. 3°. de dign. pulſuum. 4ª.93.D
QVADRATI *acopon. 7°. de comp. me. per ge.* 5ª.272.A
QVADRATVS *lapis quid. de ſimp. med.* Sp.86.G
Quadratus lapis vires hēt viſcidas, & adſtringētes. de ſim. m. Sp. 8.G
QVADRATA *cochlea quæ. de machin.* 7ª.310.C
Quadrata cochlea qūo teſtudinem habeat. de machin. 7ª.310.C
QVADRIGA *dicitur ab aliquibus duplex ſpica. de faſ.* 7ª.301.D
QVADRVPEDIA *& volatilia dum ambulant habent eandē figuram, quam habent homines ſedentes. 3°. de vſu par.* 1ª.128.D
Quadrupedia, & volatilia nunq; ſtant recta. 1°. de vſu par. 1ª.128.D
Quadrupedum carnibus velocius digeruntur carnes auium de diſſolutione continua. Sp.73.C
Quadrupedum carnes vitent epileptici. de puero epilep. 7ª.180.G
Quadrupedum pedes & genua ſunt cibi ſuperfluitates non habentes. de diſſ. continua. Sp.73.E
ad Quadrupedum morſus. 6°. de comp. med. per ge. 259. G/ 5ª.260.C
ad Quadrupedum ictus & morſus. 5°. de comp. med. per g. 5ª.248.H
QVADRVPLEX *circulus dicitur laqueus Plinthy. d laqueis.* 7ª.308.C
QVAERENDVM *potius quomodo quæ fiunt, fiant, quam negare quod fiant. 3°. de loc. aff.* 4ª.31.B
QVAESITVM *inuenire docet logica. 1°. meth. med.* 7ª.4.F
Quæſita quomodo paulatim inueniuntur. 1°. de dign. pulſ. 4ª.70.G
Quæſitum quodlibet diſcutere ſciunt rationalem contemplationem diligenter tractantes. ad Thraſy. 2ª.102.A
QVAESTIONES *quæ logicæ & dialecticæ ſint, & quæ non. 3°. de locis affectis.* 4ª.14.E
Quæſtiones dialecticæ. 3°. de loc. aff. 4ª.14.E
Quæſtio q̄dā logica quæ ſit. de vict. rat. in morb. acut. cō. 1°. 7ª.109.D
Quæſtiōes logicas & obſcuras ſcribebat Archigēes. 1°. d lo. af. 4ª.3.C
Quæſtio de quo propoſita eſt cognoſcere id oportet. eſtq; vnū hoc principium optimum de re qualibet. 1°. meth. med. 7ª.4.E
ad Quæſtiones publicas reſpondere quotidie mos antiquus Romæ. de venæ ſect. aduer. Eraſ. 6ª.10.A
in Quæſtionib. improuiſis piculū fecit Galenꝰ ſepe. 4°. de pulſ. 4ª.69.G
Quæſtionis inuētio duplex. in 1ᵐ. de morb. vulg. com. 3°. 3ª.120.H
in Quæſtionem venientia, habent duo organa rationem, & experientiam. de curan. rat. per ſang. miſſ. 6ª.16.B
Quæſtionem quamlibet perperam pertractantes quibus vtātur rationibus. 2°. de decre. Hipp. 1ª.234.D
Quæſtionem ſatis ſolutam putabat Chryſippus, ſi cauſam ſe ignorare fateretur. 4°. de decr. Hipp. 1ª.253.D
Quæſtiones de anima quæ ſciendæ. de motu man. & obſ. Sp.67.G
Queſtione dignū eſt quod ab Hippocrate hoc loco ꝓponit, quāuis logicā ſpeculationē ſapere videat. de vi. ra. in mor. ac. cō. 1°. 7ª.109.D
Quæſtiones vanæ quæ. de vict. rat. in mor. acut. com. 1°. 7ª.110.G
QVALI *rei attribuitur quanti nomē à Medicis. 1°. de dif. feb.* 3ª.30.H
Quale, & qualia ſignificant qualitatem, & non quantitatem. com. 1°. aphoriſmo 2°. Ex.3.C
ad Qualia ſint, vel ad aliquid, magnum, & paruum diſputatur. 2°. de diff. pulſ. 4ª.52.E
ſi Qualia purgari oportet purgentur confert, & leuiter ferunt, contra grauiter. com. 4°. aph. 3°. Ex.27.H
Qualitatem & quantitatem ſimul confundunt antiqui medici. cō. 6°. aphoriſmo 5°. Ex.46.H
Qualitatis prædicamentum quibus ſi cōe. 2°. de diff. pulſ. 4ª.57.H
in Qualitate quantitates dicuntur. 3°. de com. med. per ge. 5ª.228.H
in Qualitatibus magnū, & paruū dīr. 3°. de cō. me. per ge. 5ª.228.H
Qualitates quo mō poſſint dici magnæ, uel paruæ. c. 1°. aph. 14°. Ex. 7. D

Qualitas eſt triangulare.2°.de pulſ. 4ª.58.H
Qualitas non ſumitur ſine ſubſtantia.1°.de elem. 1ª.7.B
Qualitate prius eſſentia rei requiritur.3°.de dignoſ.pulſ. 4ª.81.H
Qualitatē pro elemēto qñq; intelligit Hippocrates.1°.de elem. 1ª.7.C
Qualitates,& differentiæ elementorum.de ſpermate. Sp.40.H
Qualitates primæ elementorum quatuor ſunt.3°. de ſimplic. medic. facul. 5ª.17.D
Qualitates quæ.fin.med. Iſa.48.C
Qualitates primæ ſunt caliditas,frigiditas,humiditas, & ſiccitas.3°. de ſimp.med.fac. 5ª.17.C
Qualitates ſolas quandoque ſignificant calidum,frigidum,humidum, ſiccumq;, quandoque vero & ſubiecta quæ ſuſcipiunt qualitates. 1°.de temperamentis. 1ª.13.G
Qualitates elementorum vnde.de ſpermate. Sp.38.H
Qualitates ex atomis fiunt ſm Democritum.1°.de elem. 1ª.2.E
Qualitates an ſint corpora quod qualitates incorporeæ ſint. Iſa.8.H
ex Qualitatibus aliquibus aer bonus.1°.de ſan.tuen. 2ª.67.B
Qualitates ſunt contrariæ.1°.de elem. 1ª.7.B
in Qualitate,& in loco motus.2°.meth.med. 7ª.10.A
Qualitates quatuor elementorum vocat agentes Galenus.10°.de ſim. med.fac. 5ª.71.H
Qualitates effectrices ſunt caliditas,& frigiditas.2°.de ſe.1ª.339.A
Qualitates effectrices nominantur caliditas,frigiditas,humiditas,& ſiccitas.de curan.rat.per ſang.miſſ. 6ª.16.C
Qualitates actiuæ ſunt humiditas,& ſiccitas.3°.meth.med. 7ª.18.F
Qualitates qūo poſſint dici actiuæ,& paſſiuæ.1°.de nat.fa. 1ª.291.C
in Qualitatē contrariā nihil totū ſimul migrat.1°.de nat.fac.1ª.304.B
Qualitatum amicitia & pugnantia eſt in omni re.3°. de ſimp. medic. facul. 5ª.17.H
Qualitates quatuor quæ poſſunt in ſe inuicem agere,& pati.1°.de tē-peramentis. 1ª.10.H
Qualitates omnes in ſe agunt.3°.de ſim.me.fac. 5ª.22.A
Qualitates præter caliditatem,frigiditatem,humiditatem,& ſiccita-tem,non alterant tota.de conſt.ar. Iſa.38.E
Qualitates vt citius penetrēt facit raritas.3°.de ſimp.med.fa.5ª.21.B
Qualitatibus quatuor mutaī ſuba gñabilis.d mot.mā.et obſ.Sp.67.G
in Qualitatibus mutatur ſubſtantia generabilis.ſecretorum. Sp.96.F.
Qualitates ſolæ totā ſubſtantiā tranſmutantes quæ.1°.de elem.1ª.7.A
Qualitates quatuor eſſe a quibus omnia gignuntur, & pereunt, quæ generationi,corruptioniq; obnoxia ſunt,primus omnium Hippocra tes demonſtrare tentauit.1°.de nat.fac. 1ª.291.A
Qualitates quæ per ſe agunt quo modo cognoſcantur.1°.de ſimp.med. facul. 5ª.2.F
Qualitatibus duabus vel tantum vna, quædam agunt, & patiuntur i ſeſe mutuo,quædam vero a tota ſubſtantia.1°.de ſim.m.f. 5ª.2.G/ 11°.meth.med. 7ª.82.C
Qualitates contrariæ vel omnino multum differētes a nulla re recipiū tur,niſi per media prius iter fecerint.4°.de vſu part. 1ª.138.E
per Qualitatis vim res quædam ſolo tactu quæ eis vicina ſunt altera-re poſſunt.6°.de lo.aff. 4ª.40.A
Qualitates primas quatuor miſceri totas per totas primus inuenis Hippocrates.1°.de nat.fac. 1ª.291.A
Qualitates quatuor in omni parte dant certam quādam temperaturā. 1°.de vſu par. 1ª.115.D
Qualitates ſequentes complexionem quę.ſecr. Sp.96.F
Qualitates,ſeu naturæ corporum nouem ſunt, octo intemperatæ, vna temperata.de ſper. Sp.41.A
Qualitates quomodo ſint in miſtis.1°.meth.med. 7ª.3.F
Qualitatum quatuor miſtio eſt ſm naturæ ſubam.1°.d vſu p.1ª.115.D
Qualitatem intendere,& ſubſtantiam augere non idē ſunt.5°. de ſim. med.fac. 5ª.33.B
ex Qualitatibus miſtionem conſequuntur neceſſario odores.1°.de vſu partium. 1ª.115.D
ex Qualitatibus conſequunt miſtionū ſapores.1°.de vſu p.1ª.115.D
Qualitates quæ guſtu ſentiuntur.1°.de comp.me.per ge. 5ª.212.F
Qualitas guſtabilis quibus partibus præſtetur.de cōpa.mēb. Sp.58.D
Qualitatem guſtabilem ſentit lingua præ oīb°.de cōpa.mēb. Sp.58.D
Qualitas guſtabilis cur ſit frigida,& humida.de cōpa.mēb. Sp.58.D
Qualitatum guſtabilium medium eſt aqua.4°.de ſim.med.fa.5ª.25.D
Qualitate inſigni carēs eſt frigidum aqueum.5°.de ſim.me.f.5ª.38.H
Qualitatis expertia ἀπρόσα dicuntur.2°.de alim.fac. 2ª.16.F
Qualitate nulla in ſigna q̄ ſunt p̄dita varie cōdiunt.2°.de al.fa.2ª.25.B
Qualitates non dulces multæ.4°.de ſim.med.fac. 5ª.28.G
Qualitas amara ſiccat corpora.com.4°.apho.13°. Ex.28.G
Qualitates omnes exoluit aqua admiſta.4°.de ſimp.med.fac. 5ª.31.C
ex Qualitatibus miſtionem conſequūtur colores.1°.de vſu p.1ª.115.D
Qualitas viſibilis vnde adueniat oculis.de compag.memb. Sp.58.C
Qualitas viſibilis cur ſit calida,& ſicca.de comp.memb. Sp.58.C
ex Qualitatibus miſtionem conſequuntur durities,mollities.1°.de vſu partium. 1ª.115.D
Qualitas audibilis eſt calida,& humida.de compag.memb. Sp.58.B
Qualitatum tangibilium,guſtabilium,viſibilium,& audibilium habē mus nomina.2°.de locis affectis. 4ª.12.E
Qualitates quæ ſolæ tactiles.1°.de elem. 1ª.8.A
Qualitates tactiles impropriæ quę.1°.de elem. 1ª.8.A
Qualitas tactibilis toti corpori præſtatur.de compag.memb.Sp.58.E
Qualitatū oīum fermè media eſt natura tactilis.de cōp.mēb.Sp.58.E
Qualitates quę habent molliſſimas,& iucundiſſimas non adſtringunt. 1°.de ſimp.med.fac. 5ª.7.H
Qualitates ſecundas habent medicamenta à primis agentibus.10°.de ſimplicium med.fac. 5ª.71.H
Qualitates medicamentorū quatuor diſtictæ.1°.d cō.me.pg.5ª.210.C
Qualitatū medicamentorū ordines quatuor.7°.de ſim.med.fa.5ª.49.C
Qualitatum gradus vnde ſumendi.1°.de com.me.per ge. 5ª.210.E
Qualitatum gradus verbis exprimi nō poſſunt.1°.de antid.5ª.100.F
Qualitates multæ circa vnam eſſentiam vbi fuerint,ibi & proprieta-tē fieri contingit,vt in guſtatu patet,ineffabilis illa quidem,ſi unico nomine velis eam explicare,ſed tamen quæ per ſingulas qualita-tes diſcurrendo duci poſſit.2°.de loc.aff. 4ª.12.E
Qualitatum quantitas eſt ineffabilis,niſi per latitudinem explicetur. 2°.de locis aff. 4ª.12.E
Qualitas ſimplicium quibus probetur.de dynam. Sp.18.H
Qualitates,& facultates medicamentorum non ſunt quærendæ ex cō ſiſtentia,colore,odore,ſapore,grauitate,& leuitate.3°.de ſimplic. med.fac. 5ª.17.C
Qualitates in pharmacis qūo naſcendæ.1°.de com.me.ſe.l.5ª.122.C
Qualitates medicamentorum probandi experientia.1°.de ſimplicium med.fac.6.F/3°. 5ª.18.E
Qualitates æquales quo modo faciant miſta medicamenta.1°.de cōp. med.per ge. 5ª.210.E
Qualitates expertia medicamenta quæ.4°.de com.me.ſe.lo.5ª.150.B
Qualitates quæ inſunt cibis,non ac ſi ſint alimenta,ſed tanq; ſint medi camenta quales.1°.de alim.fac. 2ª.14.D
Qualitates ſunt lentitia,& craſſities.11°.meth.med. 7ª.71.D
Qualitas fortis quę ſit poteſt colligi.com.4°.aph.13°. Ex.28.G
Qualitates primas inuenire tractationis eſt tertij libri de ſimplicium medicamentorum fac.3°.de ſimp.med.fac. 5ª.17.C
Qualitates ſunt noſcendę ad minima,non in genere.1°.de ſimp. medic. facul. 5ª.6.G
in Qualitatibus rerum ordo noſcendus.3°.de ſimpl.med.fa. 5ª.19.G
Qualitates rerum inueniendi vna eſt ſola regula,& quæ.3°. de ſimpl. med.fac. 5ª.17.H
pro Qualitatibus dignoſcendis in omni generatione quærenda media. 1°.de temperamentis. 1ª.12.H
Qualitates ad mediam tēperiē referendæ.3°.de ſimp.med.fa. 5ª.19.F
in Qualitate materia ſuperflua.de cauſ.morb. 3ª.8.D
in Qualitate redundantia quæ.11°.meth.med. 7ª.71.C
Qualitates ex applicatione ad noſtrum corpus iudicantur.1°. de ſim. med.fac. 5ª.2.F
Qualitates non ſolum ſimplices nos attingentes,ſed & per totam ſub ſtantiam iuuamenta,& noxæ corporibus noſtris,adueniunt.in 6m. de morbis vulg.com.6°. 3ª.196.H
ob Qualitatū intēperiē inſtrorum fit imbecillitas.de diff.mor. 3ª.3.H
ex Qualitatum quatuor intemperie fit morbus primus in ſimilaribus partibus.2°.meth.med. 7ª.12.E
a Qualitatibus omnia membra patiuntur,etiam ſi illas nō ſentiāt.3°. de ſimp.med.fac. 5ª.21.B
Qualitatis acqſite primo occurſu corpus ſenſu afficit.3°.d tēp.1ª.24.G
ob Qualitatis alicuius penuriā ſuffocātur aīalia.de vti.reſp.1ª.224.D
Qualitatis alteratio qūo fiat in corpore cōtinuo.7°.de decre.1ª.270.G
ob Qualitatem malam fit dolor.6°.de decr.Hipp.1ª.271.H/de fract. com.3°. 7ª.246.E
Qualitas praua eſt ſolutio continui, ideo dici poterit omnem dolorem eſſe ſolutionem continui.de frac.com.3°. 7ª.246.E

Qualitates extraneæ virtutes dissoluere possunt. 2°. de arte curatiua ad Glauc. 7ª.103.C
Qualitas humorũ si peccet, videtur secũ afferre quantitatẽ, quia inqt Galenus, ꝙ enim dicitur qualia superabundantiã significat supfluitatũ sua qualitate infestantiũ ægrotantẽ. com.4°.apho.2°.Ex.27.E
ad Qualitates humorum cognoscendas conducunt insomnia. de digno. ex insomn. 4ª.213.D
Qualitates quomodo se habere ad curationem debeant. 3°. de simpliciũ med.fac. 5ª.19.B
per Qualitates curatio qũo facienda. 1°. de comp.me.per ge. 5ª.210.C
a Qualitatis vnicæ indicatione non sequitur curatio perfecta. de ren. af.dign.& med. 7ª.194.G
Qualitate simplici curatur intemperies simplex. 2°. de arte curatiua ad Glauc. 7ª.103.D
Qualitas cibi offerendi febricitantibus. com.1°.aph.16°. Ex.8.H
Qualitas mala, egestas, & copia humores occupant. de mul. 3ª.79.C
Qualitas euacuationis quæ, & quomodo. com. 1°. aph. 2°. Ex.3.C
Qualitas non ꝓdest vbi quãtitate labefactet. de par. pil. exer. 2ª.49.F
Qualitatem genitoris infans trahit. de sperm. Sp.37.A
Qualitatem trahit quandoq; infans ex lacte matris. de sper. Sp.37.A
Qualitas potius bonitatem, ac perfectionem intellectus parit, quã multitudo spiritus animalis. 4°. de vsu par. 1ª.170.D
Qualitas partium solidarũ ex quibus sit. 11°. meth. med. 7ª.68.B
Qualitas vuluæ, & organorum respirationis. de comp.mem. Sp.58.F
Qualitas cordis. de compag. memb. Sp.58.G
de Qualitate stomachi. de compag. memb. Sp.58.H
ex Qualitatibus contrarijs iusto modo natura temperauit collũ matricis ad contrarias vtilitates, & quomodo. 14°. de vsu par. 1ª.204.G
Qualitates, gña, spës, & differẽtię pulsuũ sunt. 1°. de puls. diff. 4ª.47.B
Qualitates duodecim signorum. de sperm. Sp.38.H
de Qualitate, & efficacia errantium planetarum septem climatum. de spermate. Sp.40.B
QVAMMINIMÈ quid significet. in prog. com. 1°. 4ª.197.D
in QVANDO genere est tardius, & maturius. 2°. de puls. diff. 4ª.55.F
QVANTITATEM, & qualitatem simul confundunt antiqui medici. com.6°.aph.5°. Ex.46.H
Quantitates in qualitate quomodo dicantur, quamuis nõ ita proprie. 3°. de comp.me.per ge. 5ª.228.H
Quantitatem significant magnum, & paruum, & sunt ad aliquid. 2°. de puls. diff. 4ª.55.G
Quantitas indefinita est magnum. 2°. de digno. puls. 4ª.76.E
Quantitatis alia continua, alia discreta. de diff. morb. 3ª.5.A
Quãtitas oĩs in multitudinẽ innumerabilẽ secari põt. ad Thr. 2ª.106.E
Quantitatem cur solus visus sentiat. de ocul. 7ª.185.A
in Quantitate cõtrarietas est, quæ oppositio ſm Aristotelẽ dicitur, nõ contrarietas, & quæ nam hæc sit. 11°. meth. med. 7ª.71.B
in Quantitate contrarietas est, & qualis. 11°. meth. med. 7ª.71.B
Quantitas partium solidarũ semper eadẽ manet. 11°. me. me. 7ª.68.B
Quantitas infantis vnde fiat. de spermate. Sp.36.D
Quantitate redundantie quæ. 11°. meth. med. 7ª.71.C
in Quantitate materia superflua. de cau. morb. 3ª.8.D
ex Quantitate alterum, alterum vero ex sui qualitate ex extraneum in omnibus entibus. 2°. de diff. feb 3ª.40.F
ad Quantitatis præparamentum pertinet passio ad numerum, & ad magnitudinem. de diff. morb. 3ª.5.A
Quantitatis partium errores. ars med. Isa.69.A
in Quantitate morbus in totis organis spectatur. 2°. meth. me. 7ª.13.D
Quantitas ciborũ nocet, & nõ qualitas, collige. c.2°. a.17°. Ex.13.B
Quantitas præsidiorum artificiosa coniectura eget. de vict. ra. in mor. acu. com. 1°. 7ª.122.A
Quantitate ptissanæ cremor ægro prohibetur quandoq;, quia supra mediocritatem. 2°. de dignos. pul. 4ª.76.G
Quantitas euacuationis, quæ, & quomodo. com. 1°. aph. 3°. Ex.3.G
Quantitas euacuationis respicit virtutẽ, & hũorẽ. c. 1°. ap. 3°. Ex.3.G
Quantitas sanguinis scarificatione educendi in mulieribus quę nõ purgantur. de cucur. scar. 6ª.4.A
Quantitas excretionis ab hirudinum excretione conspicitur. de cucurbitulis scarificatione. 6ª.4.E
Quantitas hieræ amaræ sumenda a melancholico. de melancholia ex Galeno, Rufo, & Poss. Sp.109.H
Quantitas hieræ, Rufi, Archigenis, Iusti. de melãcholia ex Galeno, Rufo, & Posidonio. 109.H/ Sp.110.A
Quantitas seri sumẽdi in melãcholicis. de mel. ex Ga. R. & P.S. 110.A
Quantitas solis. de hist. phil. Sp.6.F
Quantitas orbis lunæ. de hist. phil. Sp.7.A
QVANTI nomen rei quali attribuit, nõ tñ ꝓprie. 1°. de diff. fe. 3ª.30.A
Quanta esse debeat longitudo priapi. de anat. viuo. Sp.52.E
Quanta sit materia purganda considerandum est. de cathar. Sp.94.H
QVARTANA febris quæ. fin. med. 46.A/ introd. Isa.55.D
Quartanus, & quotidianus typus qui. de typ. 3ª.90.F
Quartanus typus qui. de typ. 90.F/ 3ª.91.C
Quartanæ tres circuitus quandoq; habent. 2°. de cris. 4ª.136.A
Quartana morbus est intermittens. fin. med. 45.F/ intro. Is. 55.D. 2°. de diff. feb. 3ª.36.E
Quartanæ veniunt ad integritatem. in 1ᵐ. de mor. vul. c. 3°. 3ª.118.D
Quartana exquisita intermittens quæ. 2°. de diff. feb. 3ª.37.C
Quartana exquisita. 2°. de cri.. 4ª.135.B
Quartana febris exquisita, quæ, & q̃ spuria. 1°. de ar. c. ad G. 7ª.96.H
Quartana exquisita longa est. 1°. de arte cur. ad Glauc. 7ª.96.H
Quartanæ continuæ raro fiunt. de diff. feb. 36.G/ de morb. temp. 87.A/ in 3ᵐ. de morb. vulg. com. 3°. 3ª.118.E
Quartana intermittens raro aduenit quin patiatur os ventriculi. 1°. de arte cur. ad Glau. 7ª.95.H
Quartana non inuadit a principio, sed alias sequitur. 1°. de arte curatiua ad Glau. 7ª.95.G
Quartana sequitur erraticas febres. 1°. de arte cur. ad Gla. 7ª.95.H
Quartanæ multis ab initio incipiunt. in 1ᵐ. de mor. vul. c. 2°. 3ª.110.A
ad Quartanam propius accedit quotidiana, & quo modo differat. 2°. de crisib. 4ª.134.D
Quartanæ causa. introd. Isa. 55.D/ de nat. hum. com. 2°. 7ª.180.H
Quartanæ quibus neglectis fiant. de dynam. Sp.19.H
Quartana febris melancholicus affectus est. 3°. de alim. fac. 2ª.25.G
Quartanæ febres ab humore melãcholico fiũt. de bo. et vi. su. 2ª.39.D
Quartana ex bile nigra fit. 2°. de diff. feb. 3ª.36.E/ com. 3°. aphor. 11°. com. 4°. aph. 2°. 21.D/ Ex.27.F
Quartana fit ab atra bile. de nat. hum. com. 2°. 7ª.181.A
in Quartana febre atra bilis redundat. 2°. de cris. 4ª.134.G
Quartana grauissime ex liene aliqui laborarunt, & collecta aqua intercutem tandem obierunt. in 1ᵐ. de morb. vulg. com. 3°. 3ª.118.H
Quartanæ quibus ætatibus contingant. in prog. com. 3°. 4ª.210.C
Quartana ex splene male affecto gñatur. 1°. de arte cu. ad Gl. 7ª.95.H
Quartana quo tẽpore, & qua ætate capimur. de na. hu. c. 2°. 7ª.181.A
Quartana febris contingit senioribus. in prog. com. 3°. 4ª.210.D
Quartanæ passiões cõtingũt cõceptis i hora melãcholiæ. ꝺ spe. S. 37.D
Quartana contingit conceptis in hora phlegmatis. de sperm. Sp.37.C
Quartanæ cur in autumno contingant. in prog. com. 3°. 4ª.210.B
Quartana ex terræ abundantia excitatur. de na. hu. com. 2°. 7ª.181.B
Quartana qũo deprehenditur esse ex bile adusta. de sperm. Sp.39.H
Quartana quando a salsa pituita. de sper. Sp.39.H
Quartana quomodo transit in tertianam. de spermate. Sp.39.H
Quartana propria, & firma, quæ non mutabitur. de sper. Sp.40.A
in Quartanam quando vertatur tertiana. de sperma. Sp.40.A
in Quartanam qũo descendit continua. in progn. com. 3°. 4ª.210.A
in quartanam quando transeat synocha. de sperm. Sp.40.A
in Quartanam desinunt abscessus. in 1ᵐ. de mor. vul. cõ. 2°. 3ª.110.A
Quartana si in horis sanguinis acuitur, qualis. de sperm. Sp.38.H
Quartanæ febris inditia quæ. 1°. de arte cur. ad Glau. 7ª.96.A/E
Quartanam febrem inuadentem qũo cognoueris. 2°. de crisi. 4ª.135.C
Quartanam primo die nouit Galenus. 1°. de cris. 4ª.133.E
Quartanam, & tertianam in prima accessione nouit Galenus. 1°. de diebus decretoriis. 4ª.150.H
Quartanæ calor qualis. 2°. de diff. feb. 3ª.37.C
in Quartanis, & tertianis cur fiat rigor de trem. & palp. 3ª.55.F
Quartanarũ rigor diuersus ẽ a rigore tertianarũ. 2°. de dif. fe. 3ª.36.E
Quartanæ, & tertianæ faciunt cum rigore accessionem, & quomodo differant. 1°. de arte cur. ad Glau. 7ª.95.G
Quartanæ rigor qualis. 2°. de diff. feb. 36.E/ 3ª.37.C/ 1°. de arte cur. ad Glauc. 7ª.95.H
Quartanarũ rigor mistus ẽ ex frigore, & calore. 2°. de sym. c. 3ª.23.C
Quartanæ rigor vehemens qualis. de trem. & palp. 5ª.56.A
Quartanæ rigor cui similis. de trem. & palp. 3ª.56.A
Quartana primo die nõ adest cum rigore vehemẽti, sed in processu. 2°. de crisib. 4ª.134.G
Quartanarum frigus quale. 2°. de cris. 4ª.134.G

post Quartanã pulsus qualis.1°.de ar.c.ad Gl.7ª.96.B/de dy. S.34.F
Quartanæ pulsus est inæqualis.de præcog.ad Posth. 4ª.214.F
Quartanæ, & quotidianæ, & tertianę pulsus differẽtię.ḋ typ.3ª.91.A
Quartanæ, quotidianæ, & tertianæ pulsuũ cõparatio.de dyn. Sp.34.F
Quartanarũ pulsus i principio, & in pcessu quales.2°.ḋ cr. 4ª.134.G
Quartanarũ vrinæ quales.2°.de crisi. 4ª. 135.D/1°. de arte curatiua ad Glauc.7ª.96.D/de dyn.34.F/quæsita in Hippo. Sp.113.C
Quartanam nunciat vrina nigra.de dynam. Sp.34.G
Quartanis vrina crassa alba fit.in 6ᵐ.de morb.vul.com.4°. 3ª.179.F
in Quartanis febribus quæ vrinæ obstructionem hepatis indicent. 1°. de vrinis. 4ª.123.B
Quartanarum declinantium vrina qualis.1°.de vrinis. 4ª.123.F
Quartana, & quotidiana laborantes, non vomunt bilem, nec sudant, nec habent vrinas biliosas, nec excrementa.2°.de diff.feb.3ª.36.D
Quartanæ febris accessio, temporis spacia similis est tertianæ nonnunquam & longior, & quare.2°.de diff.feb. 3ª.37.C
Quartana est diuturna.in 1ᵐ.de morb.vul.com.3°. 3ª.117.C
Quartana morbus omnium longissimus.com.2°.aph.25°. Ex.16.A
Quartani circuitus horarũ sunt septuaginta duorũ.de mor.tẽ.3ª.85.G
Quartanæ cur longæ.in 1ᵐ.de morb.vul.com.2°. 3ª.110.A
Quartanæ cur longiores aliquæ.2°.de diff.feb. 3ª.37.C
Quartana in quibus ætatibus, & quo anni tempore sit breuior. de natum.com.2°. 7ª.181.A
Quartana febris longior, sed non periculosa quantum in seipsa est. 1°. de arte cur.ad Glauc. 7ª.96.E
Quartanæ præiudicari possunt vt tertianæ.in prog.com.3°. 4ª.207.F
Quartana securissima.in 6ᵐ.de morb.vul.com.6°. 3ª.196.E
Quartana, & tertiana sunt sine periculo.in 1ᵐ.de mor.vul.cõ.3°.117.C/118.H/in 3ᵐ.com.3°. 3ª.147.B
in Quartana sæpe munia propria obimꝰ.in 1ᵐ.ḋ mor.v.c.3°.3ª.118.H
Quartana liberat ab alijs morbis.in 1ᵐ.de mor.vul.cõ.3°.3ª.118.H
Quartana superueniens liberat magnos morbos.in 6ᵐ.de morb. vulg. com.6°. 3ª.196.D
Quartana comitialem morbũ sanat.in 6ᵐ.de mor.vul.cõ.6°.3ª.196.E
Quartana comitialꝭ morbꝰ fuit expulsus.ĩ 1ᵐ.de mor.v.c.3°.3ª.118.H
Quartana multi periere, & quo tpe.ĩ 3ᵐ.de mor.vul.cõ.3°3ª.147.A
Quartanæ febres quomodo finiant.3°.de crisi. 4ª.139.G
Quartanæ non sanantur, nisi rigor cessauerit.in 6ᵐ.de morb. vulgari. com.1°. 3ª.156.F
Quartana qua tempestate in aqua intercutem terminatur.commẽ. 3°. aph.11°. Ex.21.D
Quartanæ curatio.intro.Isa.55.H/1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.E
Quartanæ auxilium.intro. Isa.56.G
in Quartanæ statu qũo procedendũ.1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.F
in Quartana victus qualis instituẽdus.1°.de arte cur.ad Gl. 7ª.97.F
in Quartana vinum quale.1°.de arte cur.ad Gl. 7ª.97.F
in Quartana male dat anseres, & anates auctor libri de dynamidijs. de dynamidijs. Sp.33.A
in Quartana euitanda caro porcorum, omniaq; edulia tenacia, & quæ refrigerant, & exiccant.1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.F
Quartanarij non sunt penitus prohibendi a frictionibus, ambulationibus, & balneis.1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.F
in Quartana pro potu piper cum aqua exhibendum.1°. de arte curatiua ad Glauc. 7ª.97.F
in Quartanis conueniunt dia trion pipereon, & dispoliticon. 1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.F
ad Quartanas dispositа est peristereon herba.de simp.me. Sp.89.C
in Quartana clysteres quales.1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.F
in Quartanis viscera vngenda, & emplastranda.1°. de arte curatiua ad Glauc. 7ª.97.G
ad Quartanam unguentum.de dynam. Sp.33.B
in Quartana sanguis in principio mittendus si abundet, & quantum sanguinis mittendum.1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.F
in Quartana quæ vena secanda.1°.de arte cur.ad Glau. 7ª.97.F
in Quartanis febribus vtimur catharthicis.de dynam. Sp.20.E
in Quartana nullum forte medicamentum exhibendum a principio.1°. de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.F
in Quartana nunq̃ purgãdũ, nisi facta coctiõe.1°.ḋ ar.c.ad G. 7ª.97.G
in Quartana copiosius euacuatur, quã ĩ pituitosa.2°.ḋ dif.fe.3ª.37.C
in Quartana elleborus albus dandus, primo radicibus mistus, postea per se.1°.de arte cur.ad Glauc. 7ª.97.G
in Quartana vomitus post cibũ conuenit.1°.de ar.cu.ad Gla.7ª.97.G
iu Quartana succus cyrenaicus optimus.1°.de art.cu.ad Gl.7ª.97.G
ad Quartanã febrẽ pulchre cõuenit Theriaca.de ther.ad Pi.5ª.96.D
in Quartana Theriaca danda.1°.de arte cur.ad Glau. 7ª.97.G
Quartana quo die ventura erat dabant Theriacam. de præcogn. ad Posthu. 4ª.214.G
Quartanã duplicauit Theriaca, & cur.de præco.ad Post.4ª.214.F/G
in Quartana Theriaca ante statum hominem necauit.1°. de arte cur. ad Glauc. 7ª.97.H
in Quartanæ principio qui medicamenta calida dedere, quę discrimina fecerint.1°.de arte cur.ad Glau. 7ª.97.G
ad Quartanam vinum vetus trisaginem incoctam habẽs, ter potui datum confert.de med.fac.par. 7ª.177.E
ad Quartanam maxime facit hydropoton.de dynam. Sp.32.D
ad Quartanam febrem trocisci.secretorum. Sp.101.B
Quartanis summæ p̃sentaneum remediũ qd.de trem.& palp.3ª.55.H
ad Quartanam cum typo remedium.de dynam. Sp.33.A
ad Quartanam febrem.de med.fac.par.7ª.170.H/secretorũ.Sp.98.G
ad Quartanam duplicem remedium.de dynam. Sp.33.A
à Quartanis tribus non liberantur senes in hyeme profunda. de præc. ad Posthũ. 4ª.215.E
Quartanas tres habuit Eudemus.in 1ᵐ.de morb.vul.cõ.3°.3ª.120.F
Quartanam nunquam habuit Galenus.de trem.& palp. 3ª.56.A
QVARTANARII *ex atra bile.de sperma. Sp.38.B*
Quartanaria naturaliter puella vnde.de sperm. Sp.38.B
Quartanarium quendam primo nouit Galenus, de præcogn. ad Posthumum.214.F/ 4ª.215.H
Quartanarij nõ capiunt magno morbo.in 6ᵐ.de mor.v.c.6°.3ª.197.C
Quartanarijs aues, & pisces quales cõueniãt.1°.ḋ ar.c.ad G.7ª.97.F
ad Quartanarios antidotus Arpuli.2°.de antid. 5ª.116.F
ad Quartanarios valet Theriaca Euclidis Palatiani.2°.ḋ an.5ª.116.B
Quartanarijs qũo theriaca exhibenda.de ther.ad Pi. 5ª.96.D
Quartanarijs electarium conferens.de dynam. Sp.32.D
ad Quartanarios.7°.de com.med.se.loc.182.G/ 5ª.185.C
QVARTARIVS *habet vncias quatuor & semis. de ponderibus & mensuris. 5ª.277.D*
QVARTVS *instituit viperas arte capere.11°.de sim.me.fa. 5ª.78.A*
QVARTAE *tres sunt Denarij quindecim.5°.de compositione medi.per genera. 5ª.250.E*
ad QVARTAM *partem quid coquatur, & in quo casu.8°.de com.me. sec.loc. 5ª.196.B*
Quarto quoque die, vel quotidie fiunt accessiones in acutis.3°.de diebus decretorijs. 4ª.158.G
Quarto die omnis species morbi cognoscitur.2°.de crisi. 4ª.136.E
Quartæ diei potentia quę.in 1ᵐ.prorrh.com.1°. 4ª.161.E
Quartus dies quid agat.in prog.com.3°. 4ª.206.F
Quartus iudex est septimi sua natura.1°.de die.dec. 4ª.149.G
Quartus indicat de sexto, & de septimo.1°.dieb.decr. 4ª.147.B
Quartus dies non videtur ferè computari inter iudicatorios. com.4°. aphor.36°. Ex.32.A
in Quarto finiunt synochi per crisim.3°.de crisi. 4ª.140.D
Quarto die rarissime fit crisis.3°.de crisi. 4ª.140.D
Quarto die raro vidit Galenus iudicari peracutos morbos, sed vt plurimum in quinto per sudorem solui.com.4°.aph.36°. Ex.31.H
Quartus & tertius dies qñ habent grauia symptomata, breui expectandum iudicium.in 1ᵐ.de morb.vulg.com.3°. 3ª.121.B
Quartæ diei crisis cur transmutatur ad tertium, & ad quintum. 3°.de crisibus. 4ª.140.D
Quarto die qui sanatur, & qui moriatur.1°.de dieb.decr. 4ª.150.H
QVARTODECIMO, *& septimo proximi sunt dies hi; nonus, vndecimus, & vigesimus.1°.de dieb.decre. 4ª.147.B*
Quartus decimus imitatur naturam septimi.1°.de dieb.decr.4ª.147.B
Quartus decimus dies, & quartus quorum sunt indices, & iudicatiui. com.4°.aph.71°. Ex.35.E
Quartodecimo die, vel decimo septimo, quando fiet crisis.1°. de diebꝰ decretorijs. 4ª.151.B
Quartodecimo die iudicant phrenitide capti.2°.de die.dec.4ª.156.E
Quartus decimus dies bonus si sudores, vel alia appareant. com.4°. aph.36°. Ex.32.A
Quartidecimani sudores boni.præsag.exper.conf. Sp.77.G
QVASSANTIA *quo faciant dolorem.1°.de sympt.cau. 3ª.16.G*
QVASSATIO *quid.fin med. Isa.48.C*
Quassatio vnus est pilorum affectus.fin.med. Isa.48.E

Quassatio quid

Quaſſatio quid ſit in vertebris.de art.com.3°. 7ª.268.H
Quaſſationes aurium mitigat ſuccus centaureæ.de vir.cent.Sp.93.C
Quaſſationes ani mitigat ſuccus centaureæ.de vir.cen. *Sp.93.E*
QVATERNARIVM *conficitur duplicato binario.de cognoſcendis cu ran.animi mor.* 2ª.54.G
Quaternarius non eſt integrorum dierum.in prog.com.3°. 4ª.207.C
Quaternarij circuitus qui dicantur.de morb.temp. 3ª.85.G
Quaternarij bene conſiderandi in morbis.1°.de criſ. 4ª.133.C
Quaternarij ſinguli conſiderandi in morbis.1°.de criſ. 4ª.131.H
per Quaternarios numeratio ſubſequens eſt digeſtioni circuitionum per ſeptenarios.in progn.com.3°. 4ª.206.G
per Quaternarios quo primo iudicationes, poſtea per ſeptenarios, vigenarios,& menſes fiant.in progn.com.3°. 4ª.208.C
